RIVE

De

Pupillorum et Mulierum Tutela in Antiquo Scandinaviorum Jure

DE
PUPILLORUM ET MULIERUM TUTELA
IN ANTIQUO SCANDINAVIORUM JURE.

DISSERTATIO

QUAM

ILLUSTRIS JURE CONSULTORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AD IMPETRANDAM VENIAM LEGENDI

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

DIE XXII. MENSIS JUNII ANNI MDCCCLIX. HORA X.

PALAM DEFENDET

Friedrich
FRIDERICUS RIVE,
UTRIUSQUE JURIS DOCTOR.

CONTRA ADVERSARIOS:

H. GOEPPERT, UTR. JUR. DR.
O. BÜLOW, UTR. JUR. DR.
E. A WITTKEN, JUR. STUD.

VRATISLAVIAE,
TYPIS ROBERTI NISCHKOWSKY.
MDCCCLIX.

For Tx
R

5/12/21

GUILELMI EDUARDI WILDAE

MANIBUS

HASCE PAGELLAS

PII GRATIQUE ANIMI PIGNUS

D. D. D.

AUCTOR.

Praefatio.

Germanorum gentes, quae septentrionales incolebant Europae regiones, quum ab aliis nationibus separatae majorum mores colerent, multas antiquissimi juris institutiones integras et immutatas longius servasse, quam Germanorum populos, qui terras ad meridiem spectantes tenebant, quippe quibus multum alieni et novi migrationibus congressibusque cum Romanis afferebatur, viri docti intellexerunt et ostenderunt[1]). Qua re in fontibus, qui nobis traditi sunt Scandinaviorum juris, non raro invenimus institutiones antiquas et integras, quas barbarorum, quae vocantur, leges produnt magnam partem mutatas et innovatas. Atque de singulis juris institutionibus, quibus, si non eisdem, tamen certe simillimis utuntur Scandinavii et ceterae Germanorum gentes, Scandinaviorum fontes multo ampliora, certiora, accuratiora proferunt, quam barbarorum leges, de multis juris partibus paucissima disserentes[2]). Quae quum ita sint, non dubium erit, quin majorum juris historiae cognitio multum adjuvetur juris, quo usi sunt veteres Scandinavii, studio[3]). Qua re non in

[1]) Grimm: Deutsche Rechtsalterthümer Göttingen 1828 praefatio p. VII sqq. XIII sqq.; Grimm: Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft vol. 3 p. 117 sqq.; Paulsen: Ueber das Studium des nordischen Rechts Kiel 1826; Homeyer Rosenvinge's Dänische Rechtsgeschichte Berlin 1825 praefatio; Wilda: Strafrecht der Germanen Halle 1842 p. 7 sqq.

[2]) Wilda l. c. pag 7 sqq.

[3]) V. n. 1.

reprehensionem incurrat labor noster et opera, quem posuimus in Scandinaviorum tutela pupillorum et mulierum investiganda. Quum diversarum Germanicarum gentium fontes, quantum exiguis viribus in re tam difficili possumus, investigantes et comparantes viros doctissimos imitari studeamus, hoc lòco, quae soli veteres Scandinavii constituant de tutela, videntur esse prodenda. Quorum de fontium origine, natura et diversitatibus, quamquam viri eruditiores[4]) accurate et copiose disseruerunt, tamen huic quoque libello pauca nobis praemittenda sunt. Pro diversis Scandinaviorum gentibus leges, quae nobis sunt traditae, aliae apud Norvegicos, aliae in Sueogotorum, aliae in Danicorum terra valuerunt. Hoc autem ordine observato leges ita conjunctas esse exprimitur, ut Norvegicis legibus jus antiquissimum, Sueogotorum autem legibus et praecipue Danicorum proferantur juris institutiones magis mutatae et innovatae. Dissentiunt quidem hac de re viri doctissimi, inter quos Jacobus Grimm sententiam protulit, ex Sueogotorum fontibus exhauriendum esse jus antiquitati proximum[5]). Cujus viri rerum veterum Germanorum peritissimi iudicium eo ortum esse recte procul dubio Wilda putat[6]), quod illo tempore gravissimum et uberrimum juris Norvegici corpus nondum nobis traditum erat integrum. Sed, quum illarum rerum cognitio praecipue ipsius Grimmii scientia sit aucta, certum hodie et persuasum habetur, jus Norvegicum quoad antiquitatem ceteris Scandinaviorum juribus esse anteponendum. Num autem Sueogotorum jus an Danicorum Norvegiae legibus propinquitate magis conjunctum sit, si in quaestionem vocatur, nostro judicio, priusquam in his rebus plura susceperimus, diffidimus. Qua re, ut virorum doctissimorum[7]) auctoritas nobis sit praesidio, petimus, quum Danici juris fontes, quod ad tutelae institutiones pertinet, jus continere arbitremur omnino maxime ab antiquitate remotum. Vetustissimum jus, quale traditum sit, si intuemur, uberrimi Norvegici et praecipue Islandici juris fontes exhibendi sunt veteres celeberrimorum virorum historiae, quorum „Saga“

---

[4]) Grimm Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissenschaft vol. 3. p. 73 — 128 Wilda l. c. p. 7 — 61.

[5]) Grimm l. c. p. 116.

[6]) Wilda l. c. p. 12.

[7]) Grimm l. c. p. 117; Wilda l. c. p. 12.

quisque appellatur [8]). Quas legentes animo clare et distincte concipimus, quomodo veteres Germani omnino vitam degerint, quomodo convenerint ad res publicas agendas, quomodo in domo et in re publica egerint. Ad familiam si praecipue animum intenderimus, cognosci licet, qua conditione inter se usi sint conjuges, qua ratione liberi inter se et cum parentibus vixerint, quales filiis et filiabus matrimonium contrahentibus ortae sint singularum familiarum conjunctiones, quale fuerit omnium propinquorum vinculum [9]). Illarum historiarum, quarum plurimae in lucem sunt emissae, nonnullae hoc loco numerandae videntur, et quidem eae, quae ad tutelam tractandam pervestigavimus. Uberrima omnium primum obtineat locum „Nials-Saga, historia Niali et filiorum, sumtibus Petri Friderici Suhmii et legati Arna-Magnaeani Havniae MDCCCIX“ quam excipiat „Sagan af Gunnlaugi Ormstungu ok Skalld Rafni sive Gunnlaugi Vermilingvis et Rafnis poetae vita Hafniae MDCCLXXV“ et deinceps sequantur „Viga-Glums Saga sive vita Viga-Glumi ex manuscriptis legati Magnaeani Havniae MDCCLXXXVI“; Hervararsaga ok Heidrekskongs hoc est historia Hervörae et Regis Heidreki, quam ex manuscriptis Arnae-Magnaeani illustravit Stephanus Biörnonis Isl.“; „Kormaks-Saga sive Kormaki Oegmundi filii vita Hafniae MDCCLXXXII“; „Kriestni-Saga sive historia religionis christianae in Islandia introductae, nec non Þattr af Isleifi Biskupi sive narratio de Isleifi episcopo ex manuscriptis legati Magnaeani Hafniae MDCCLXXIII. — Sicut illarum historiarum plurimas, ita antiquissimum jus copiosissime legibus traditum, non in Norvegia invenimus, sed apud eos, qui, ut novas res fugerent, patriam reliquerunt, et insulam, quae vocatur Islandia, coluerunt. Quorum quidam Ulfliothus nomine, anno DCCCCXXV Norvegiam petivisse dicitur, ut majorum jus novae patriae afferret. Leges ita receptas ore prolatas memoriae commendarunt, sed duobus paene saeculis post litteris mandaverunt. Quod juris corpus „Haflith-Skrâ“ nominatum pôstea multo modo mutatum et auctum nobis traditum est, inclusum codice, qui vocatur Grágás i. e. anser cinereus. Hoc autem nomine non ab initio sed

---

[8]) Cf. Müller: Sagenbibliothek des skandinav. Alterthums in ling. germ. vers a Lachmann Berlin 1816.

[9]) Wilda l. c. p. 8 sq.

posteriori tempore Islandi eum appellabant, tamquam antiquissimum, quia anseres cinereos ad summam aetatem pervenire putabant[10]). A quo distinguendus est codex juris Islandici recentioris a Norvegicis regibus Islandis, quos anno MCCLXI sibi subjecerunt, dati, qui propter acerrimas, quas continet, poenas „Járnsída" i. e. latus ferreum vocatur. In Norvegia reges, qui nominantur Hakon, Olaf et Magnus inde a decimo saeculo leges edidisse narrantur, quae deinceps multo modo mutabantur et augebantur usque ad regem Magnum, legum reformatorem, qui reformatas et multo modo innovatas leges constituit. Omnibus, quae inveniuntur majorum legibus a viris doctis collectis hodie utimur ita distributis, ut prima parte contineantur omnes leges ante regem Magnum, legum reformatorem, editae, altera regis ipsius Magni leges, tertia omnes, quae post illius regis mortem usque ad annum MCCCLXXXVII in lucem sunt emissae[11]). Sueogotorum juris leges pro duabas populi gentibus sin-

---

[10]) Grág. i. e. Grágás, codex juris Islandorum antiquissimus, hin forna lögbók íslendínga sem nefnist Grágás) Hafniae 1829, cujus singulae partes hae:

1) Lögsögomannz þattr i. e. de nomophylace caput.
2) Lögretto þattr i. e. de dicasterio caput.
3) Pingskapa-þáttr i. e. de judiciis ordinandis caput.
4) Arfa-þattr i. e. de hereditatibus caput.
5) Omago-balkr i. e. de alendis liber.
6) Festa-þattr. i. e. de foedere conjugali caput.
7) Kaupa-balkr i. e. de commerciis liber.
8) Vigslöþi i. e. quae traha caedis dicitur et jus criminale continet.
9) Landabrigþa-balkr i. e. de fundis reluendis et rebus rusticis liber.
10) Um scipa meþ ferþ i e. de re nautica.

Accuratiore praebet Schlegel in commentatione historica et critica de codicis Grágás fontibus, origine, nomine, indole et fatis codici ipsi praemissa.

[11]) Norges gamle Love indtil 1387 udgivne ved Keyser og Munch Christiania 1846 — 1849 (Norvegicorum leges antiquae usque ad annum MCCCLXXXVII edd. Keyser et Munch) quarum prima pars continet:

1) Den aeldre Gulathings-Lov c. c. I §§. 1—320 (Aeld. Gl. L. 1 — 320).
2) Den aeldre Frostathings-Lov c.c. I §§. 1 sqq. (Aeld. Fr. L I, 1 sqq.)
3) Den aeldre Bjarköret §§. 1—177 (Aeld. Biark. R. 1—177).
4) Den aeldre Borgarthings Christenret c. c. 1 §§. 1 sqq. (Aeld. Borg. Chr. R. I, 1 sqq.)
5) Den aeldre Eidsivathings Christenret c. c. 1 §§. 1 sqq. (Aeld. Eid. Chr. R. I, 1 sqq.)
6) Kong Sverrers Christenret §§. 1—98 (K. Sver. Ch. R. 1—98).

Earundem legum altera parte continentur.

gulis collectionibus sunt traditae, quarum antiquissimae, Vestrogotorum leges, non multo post saeculum duodecimum medium primo promulgatae et unum post saeculum iterum redactae esse videntur[12]). Ostrogotici juris, qua hodie utimur collectionem nonnulla saecula post factam esse constat[13]). Accedit ad eas codex juris Gotlandici, jam exeunte saeculo decimo quarto in nostram linguam versus et inter omnia Scandinaviorum jura maxime cognitus, qui in insula Gotlandia tempore haud satis definito constitutus est.[14]). Inter jura, quibus Sueorum gens utebatur, leges collectae Uplandicae anno MCCLXXXXVI a rege sancitae esse traduntur[15]), secundum quarum exemplar non multo post alia jurum corpora facta sunt, ex quibus jus Sudermannicum[16]) anno MCCCXXVII, jus Vestmannicum[17]) eodem fere tempore est collectum. Ad Danicorum juris fontes transeuntibus occurrunt primum leges Skaniae jam ineunte saeculo tredecimo redactae, postea ab archiepiscopo Lundensi Andreae Simonis, ut veri videtur simile, intra annos MCCIV et MCCXV in latinum sermonem versae[18]). Collectiones juris Sielandici ab hominibus privatis haud dubie confectae atque regis Valde-

---

1) Den nyere Landslov c. c. I §§. 1 sqq. (Ny Land. L. I, 1 sqq.)

2) Den nyere Bjarkö.-Ret. c. c. I §§. 1 sqq. (Ny Biark. R. I, 1 sqq.)

3) Nyere Christenret af Kong Magnus Hakonssön c. c. I, §§. sqq. (Ny Ch. R. af. K. Magn. I, 1 sqq.)

4) Nyere Christenret af. Erkebiscop Jon c. c. I §§. 1 sqq. (Ny Chr. R. af. Jon I, sqq.)

5) Hirdskran §§. 1—54 (Hirdsk. 1 sqq.)

Tertia pars legum continet constitutiones ad nostrum argumentum nihil valentes.

12) Wg. L i. e. Westgöta-Lagen, codex juris Vestrogotici I et II.

13) Ög. L. i. e. Öestgöta-Lagen, codex juris Ostrogotici.

14) Gotl. L. i. e. Gotlands-Lagen, codex juris Gotlandici.

15) Upl. L. i. e. Uplands-Lagen, codex juris Uplandici.

16) Södrm. L. i. e. Södermanna-Lagen, codex juris Sudermannici.

17) Westm. L. i. e. Westmanna Lagen, codex juris Vestermannici. Quos omnes codices continentur „corpore juris Sueo-Gotorum antiqui (Samling af Swerígesgamlo Lagar) edd. Collin et Schlyter Stockholm 1827 — 1834, Lund 1838 — 1853. 8 vol. 4. (vol. I Wg. L. I et II; vol. II Qg. L.; vol. III Upl. L. vol. VII Gotl. L. vol. IV Söderm. L.; vol. V Westm. L.). De cujusque codicis par tibus vide Wilda l. c. p. 34 sqq. quibus cognitis facile intelliges nostrum citand modum.

18) Andr. Sun. leg. i. e. Andreae Sunonis leges Skaniae (Lex Skaniae antiqua latine reddita per Andream Sunonis archiepiscopum Lundensem).

mari[19]) et Erici[20]) nomina iis data sunt, sed de tempore, quo sint constitutae, nihil aliud certum est, nisi codicem, qui Valdemari vocatur, antiquiorem esse quam Erici, utrumque autem antiquius jus continere quam corpus juris Jütlandici, quod a rege Valdemaro II mense Martio anni MCCXIL promulgabatur[21]).

---

[19]) Valden. Reg. L. Siel. Valdemari regis lex Sielandica.

[20]) Er. Reg. L Siel. i. e. Erici regis lex Sielandica.

[21]) Iydsk. Lov. i. e. Roug Valdemar den Andens Jydske Lov. Quos codices continet corpus juris Danici antiqui (Samling af gamle danske Love) ed, Kolderup-Rosenvinge 3 vol. 4" (vol. Andr. Sun leg. vol. II Er. Reg. L. Siel.; vol. III Jydzk Lov.) Kiobenhavn 1821, 37, 43.

Introductio.

Pupillorum et mulierum singularem, qua ii apud veteres Scandinavios usi sint, conditionem quum intueamur, id commune iis esse apparet, quod libera agendi sibique prospiciendi facultate multis in rebus privati tutelam quandam habebant necessariam. Quibus, quamquam tutela omnibus opus est, tamen nequaquam eadem profertur; pro singulari enim eorum natura alio modo pupillis prospiciendum est, alio mulieribus. Atque ipsarum mulierum singulares vitae conditiones id efficiunt, ut valde inter se differant leges de virgine, de uxore, de vidua tuenda. Quarum tutelarum diversae rationes, quum infra illustrandae atque ex singularum personarum, quae sunt defendendae, natura sint deducendae et explicandae, hoc loco jam praemitti oportet, quae generalia dici possunt de tutela iis, quos nominavimus, communi, de origine ejus et indole, quam habuit antiquissimo tempore, de mutationibus, quae postea ei allatae sint, cognoscendis et explicandis. Quod ut perficiamus, in memoriam revocari necesse est, qualis fuerit veterum Scandinaviorum rei publicae constitutio, meminerimus praecipue propinquorum conjunctiones quales fuerint, quantum valuerit consanguinitatis vinculum inter ipsos propinquos, quanti fuerit momenti familia in civitate. Familiae integritatem et salutem a familia ipsa servatam esse, propinquorum alterum alteri in bello et pace auxilio adfuisse, in angustiis vito praesidium adtulisse, interfecti ultionem suscepisse leges produnt, scriptores referunt. Haec ita antiquissimo tempore se habuisse, neque unquam propinquum propinquorum auxilium defecisse in civitate, in qua, quum publica potestas non esset adulta, familia multis in rebus in suam ipsius vim et gravitatem spectaverit, tamquam in solum

refugium, facile intelliges. Sibi ipsi igitur praesidium ut praeberet familia, quod res publica non tribuit, proquinqui cuiusque causam habuerunt communem. Quamquam pro diversis rerum rationibus propinquorum modo unus modo plures, modo proximus quisque heres, modo quisquis volebat aut aderat, alterius propinqui causam gessit, tamen familia ipsa semper causam habuit suam, ipsaque, ut pro propinquo ageretur, curavit[1]). Distributa igitur apparent inter propinquos munera pro propinquo agendi, secundum singularum causarum naturam alia aliis concessa. Atque quum propinqui his muneribus magis consanguinitatis vi et necessitate sibi invicem praesidium tribuendi adducti quam legum auctoritate incitati fungerentur, vetustissimum jus omnino caret praeceptis de coercendis iis, qui propinquum auxilio egentem desererent, ob eamque causam, quomodo res gererentur, familiae ipsius arbitrio magis constituebatur, quam legibus accurate et certe definientibus. Apud omnes autem Scandinaviorum gentes has res easdem nos invenire eo jam putari nequit, quod constat, Sueogotorum et Danicorum fontes proferre jus multo modo mutatum et innovatum, id quod non ita cogitandum est, ut apud Norvegicos singulae omnes juris institutiones antiquissimae sint et integrae, apud Sueogotos et Danicos reformatae, sed ita, ut rei publicae et familiarum indoles et constitutio apud hos magis sit remota ab antiquitate quam apud illos[2]). Qua re quum multis recentioris juris institutionibus probetur, postea rei publicae potestatem magnopere auctam, familiarum vim et auctoritatem valde deminutam esse, consequi videtur, singulas quoque obligationes et jura, quae consanguinitate nascuntur, diminuta esse aut sublata. Qua re quid auxilii et tutelae propinqui antiquissimo tempore et necessitate et consanguinitatis vi adducti sibi invicem praebuerint, recentiori jure partim sublatum esse, partim adultam rei publicae potestatem, ut praeberetur, curasse apparet[3]). Rem cujusque

[1]) Res ita se habuisse singulis juris institutionibus ostendit Wilda l. c. p. 141 sqq., 213 sqq., 366 sqq., 374; Michelsen: Eranien für das deutsche Privatrecht, Heft 2 N. 9. V. n. 3.

[2]) Wilda l. c. p. 12. Grimm: Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaften. Vol. 3 p. 166 sqq.; Rühs: Geschichte des Mittelalters. Berlin 1816. p. 771.

[3]) Wilda l. c. p. p. 122, 383 sqq. Grág. Omag. balk. 1. c. sqq. (I. p. 232 sqq.) cf. cum Ef. Reg. L. Siel. III., 10 (II. p. 217); v. n. 2.

propinqui non sicut olim familia ipsa suam habet neque propinqui propinquorum causas quodammodo suo arbitrio et sua sponte gerunt, sed obligationes consanguinitate nisae paucioribus propinquis impositae sunt et quid quisque eorum praestare debeat, certe definiunt recentioris juris leges, quippe quae etiam multis verbis propinquos hortantur, ut iis, quae sibi invicem debeant, satisfaciant[4]). Quibuscum obligationibus simul jura quoque, quibus inter se usi sint propinqui, aut deminuta aut sublata esse, perspicuum est.

Ex his, quae de rei publicae familiarumque indole et constitutione apud veteres Scandinavios breviter diximus, cognosci potest tutelae quoque pupillorum et mulierum origo, integra natura, atque mutationes, quae postea ei sunt allatae. Nam ubi, ut familiae ipsius et cujusque propinqui salus atque integritas servaretur, propinquorum alter alterius auxilium magnopere habuit necessarium, multo magis eos, qui propter aetatis aut sexus imbecillitatem se ipsi tueri non possunt, praesidio et cura eguisse, facile nobis persuadeamus; atque ob eandem causam nemo ab alio tutelam iis praebitam putabit nonnisi a familia. Atque in tutela gerenda cur non valeant intelligi nequit, quod nobis juris fontibus traditur, antiquissimo tempore totam familiam sibi sua ipsius gravitate semper praesidium adtulisse, omnes propinquos suo arbitrio praecipue et magis sua sponte quam coactos omnes explevisse consanguinitatis obligationes. Nec minus quam recentius jus profert mutatam tutelam aliasque eam gerendi rationes ex eo explicari posse videntur, quod juris institutiones, quibus posteriori tempore veteres Scandinavii usi sunt, demonstrant, familiarum vim et gravitatem multo modo deminutam, rei publicae potestatem postea valde auctam esse. Quibus rebus cognitis persuasum certe habebis, in prospiciendo quoque iis, qui libera carerent agendi facultate, propinquos paulatim minus egisse et effecisse atque eorum vim magis magisque rem publicam adultam supplevisse. Quod si jure rectum putas, facile intelliges, cur factum sit, quod posteriori tempore legibus magis pupillis et mulieribus prospiciebatur, quam propinquorum arbitrio, quod praeterea propinqui neque omnes neque complures simul easdem gerebant causas atque eorum non alii aliis tuendi muneribus fungebantur, immo quod, ne

---

[4]) Wilda l. c. p. 122, 142, 374 sqq. 383 sqq.

pupillus aut mulier in unaquaque causa sit derelicta, omnes obligationes omniaque jura tutelae uni semper lege certe designato et aptissimo quidem tribuebantur.

I. De pupillorum tutela.

Homines, qui propter aetatem neque ipsorum jura intelligere neque se ipsi defendere possint, libera agendi facultate privatos tutela indigere, ab omnibus Scandinaviae gentibus cognitum sancitumque invenimus. Quae tutela a quibus et quomodo gesta sit, ut intelligamus, adjuvant, quae de rei publicae constitutione, de familiae natura, qualis initio fuerit, qualisque postea facta sit, et de omnis tutelae integra et mutata indole protulimus. Nam sicut antiquissimo tempore omnes propinqui sibi invicem adfuerunt praesidio, diversaque tuendi et auxilium ferendi munera in familiam erant distributa, ita tutelae partes pro diversis prospiciendi muneribus alios propinquos alias gessisse pupillorum tutela probatur. In Islandia enim et Norvegia non unius propinqui, sed totius familiae apparet haec tutela, atque, quum curatores pro aliis causis gerendis aliis nominibus appellati sint, frustra in antiquissimis fontibus quaeras nomen, quo contineantur aut omnia tutelae munera, aut vocetur is, qui omnibus iis fungatur. Neque miuus iis, quae omnino de tutela in antiquissimo jure gerendi modo ex arctissima propinquorum conjunctione deducimus, respondet, quod pupillorum quoque res gerendas propinqui tamquam suas habebant, quod ipsi, ut pupillo quam optime prospiciatur, sua sponte curabant, conjuncti consulebant et agebant multis in rebus, multaque magis ipsorum arbitrio quam legibus accurate definientibus constituebant. Atque mutationes, quibus posteriori tempore familiam singulaque consanguinitatis jura et obligationes affectas esse cognovimus, easdem tutelae quoque allatas esse, eo probatur, quod apud Sueogotos et praecipue apud Danicos propinquorum arbitrium in pupillo prospiciendo multo modo erat deminutum, quod porro non tota familia agebat neque propinqui conjuncti neque eorum alii aliis fungebantur muneribus, sed unus semper certe designatus et aptissimus quidem pupilli causas gerebat, et quod denique magis magisque pupillis prospici debebat legibus certa et accurata de tutela gerenda praecipientibus. Quam tutelam

ita diversam tamen omnes Scandinavii ita habebant eandem, ut idem omnes ea effici vellent. In eo enim singuli juris fontes nequaquam discrepant, ut pupillum omne deficere arbitrium ejusque voluntatem in jure pro nihilo esse prodant. Quae Scandinaviorum jurum generalia eorumque singularia de pupillorum tutela ut penitus cognoscamus atque probemus, quae de omni tutela, qualis initio fuerit, qualisque postea facta sit, breviter protulimus, sejungendae sunt tutelae partes, inter quas primum tractandum videtur de bonorum cura.

1. In administratione bonorum pupilli num probentur, quae de tutela a tota familia gerenda diximus, quum primum quaeramus, in antiquissimo jure omnes propinqui inveniuntur bonorum curatores. Sicut autem omnino pro singulari causarum natura modo complures modò singuli propinqui res familiae gerendas suscipiebant, ita hujus administrationis quoque rationibus efficitur, ut ordine quodam observato leges nominent propinquos curantes, atque ipse ordo necessarius praeberi videtur propinquitatis gradu [1]). Vetustissimo igitur Islandorum jure praecipitur, ut proximus quisque pupilli heres fungatur curandi munere [1]). Patrem sequitur eam ob causam frater ex patre, mater, soror ex patre, frater ex matre, deinde soror ex matre, quos excipiunt eodem ordine spurii fratres et sorores, quibus deficientibus produntur avus paternus et maternus, utraque avia, patruus et avunculus, patruelis et consobrinus, amita et matertera neptisque e fratre vel sorore, denique proximi cognati, inter quos, si eodem gradu sunt propinqui, primum locum obtinent viri [2]). Eadem juris regula antiquissimae Norvegicorum leges uti ex eo jam cernitur, quod heredem quemque proximum et virilis et feminei sexus curatores produntur [3]).

---

1) Grág. Arf. þ. 9 c. (I. p. 192) — ef eigi lifir faþir þa scal broþir samfeþri. En ef eigi er broþir samfeþri þa scal moþir. — Sva scal til fiarvarþveizlo taca sem til arfs. — Sva scal fiar varþveizlo scipta i knerunna sem arfi.

2) Grág. Arf. þ. 1 c. (I þ. 170). Schlegelii opinio feminam secundum Grágás ab hoc administrandi jure exclusam esse (commentatio historica p. CXLIII.) refutatur Grág. Vigsl. 70 c. (II., 112).

3) Aeld. Gl. S. 115. (I. p. 51) — oc fe peirra scal sa veita vord er arve peirra er nestr, hvárt sem hallzmadr verdr karlmadr aeda kona; Aeld. Fr. S. IX., 22 (I. p. 214). Umaga eyri scal sá taca er nánastr er i erfdum; Ny. Lands Lov. V., 14. (II. p. 87).

Quod jus quomodo diversum a jure Islandico ordinem instituat[4]), neque a juris principiis deduci potest neque in tutela tractanda aliquid valet. Sed ad curam gerendi rationes accuratius cognoscendas adjuvat, quod cernitur, omnibus eodem gradu propinquis simul administrationem concedi, ita ut suo ipsorum arbitrio aut conjuncti agant aut curatorem quemquam inter se eligant[5]). Neque enim legibus sancitum est, quis inter eodem gradu pupillo propinquos alter alteri praeferatur, nec major aetas, qua similibus in causis principatus conceditur, hac in re aliquid valet. Ei soli, qui antiquius habet pupilli salutem, quam ceteri, principatus praebetur, quum eorum, qui inter se omnes eodem, sed remotiori gradu quam fratres pupillo sunt propinqui, alter alteri bona auferre possit, si meliores obtulerit conditiones[6]). Omnes igitur heredes proximi, quorum ipsorum maxime interest, ut bona serventur, quum simul ad curam vocentur atque conjuncti agant aut idoneum quemquam curatorem eligant, communi studio et opera pupillo prospicere videntur. Cautionem igitur, ne bona deminuantur, pupillo praeberi non necesse habetur, neque is, qui propinquis consentientibus bona aestimata suscepit curanda, hypothecam quandam praestare, ne quantitatem quidem certam facultatum possidere debet.

Hac de bonorum cura suscipienda quae mutata profert recentius jus, ex iis facile explicari possunt, quae dicta sunt de familiarum atque omnis tutelae natura posteriori tempore mutata. Nam quum ea id effectum esse supra protulerimus, ut sicut in aliis consanguinitatis obligationibus explendis ita in tutela quoque gerenda familia ipsa paullatim minus ageret, atque res publica magis magisque hanc rem curaret, illa nostra sententia iis quoque legibus probatur, quae posteriori tempore valuerunt de pupillorum bonis ad curandum suscipiendis. Apud Sueogotos enim et Danicos propinqui hac in re neque conjuncti agunt neque ipsorum quemquam idoneum eligunt curatorem, sed ut unus semper eorum et is quidem, qui pupillo sit aptissimus,

---

[4]) Aeld. Gl. L. 103 sqq. (I. p. 48 sqq.); Aeld. Fr. L. VIII. 1 sqq (I. p. 204 sqq.) Ny. Lands L. V., 1 sqq. (II., 87 sqq.).

[5]) Grág. Arf. þ. 9 c. (I. p. p. 192, 193) — þa scolo þeir menn varþveita fe þat — þeir menn scolo lata virþa fe; cf. Grág. Vigsl. 65 c. (II., 107). Aeld. Gl. L. 51. (I. p. 27).

[6]) Grág. Arf. þ. 9 c., 10 c. (I. p. 196 sqq.)

administrandi munere fungatur leges praescribunt. Nam diversis tutelae muneribus, sicut intelleximus, conjunctis et uni propinquorum concessis quum feminae, quippe quae non omnibus tuendi muneribus fungi possunt, ab administratione bonorum sint remotae, virilis tantum sexus heredi proximo conceditur cura, praepositis agnatis inter eos, qui eodem gradu sunt conjuncti, atque eorum, si complures sunt, Sueogotorum leges[7]) aptissimum omnibus, Danicorum[8]) seniorem juniori praeferri volunt. Matri soli ut liberis curando prospiciat permittitur, id quod tamquam singulare aliquid Danicae leges eo explicare student, quod addunt, illam liberos eorumque bona regere non tam suo jure quam potius pietatis ratione suadente et ob justum filiorum solatium[9]). Atque quum omnino posteriori tempore deminuta familiae ipsius cura legibus magis pupillo prospiciatur, cautionem, ne bona deminuantur, curator praebere debet. Quae de ea deficiunt praecepta in Suegotorum jure, supplentur et iis legibus, quae fundum abalienare nolunt, et eo quod rerum mobilium communione utitur curator cum pupillo[10]); sed apud Danicos ut curator opes ad cavendum possideat necesse habetur[11]). — Bona postquam a propinquis, quos alios apud alias gentes protulimus, curanda sunt suscepta, priori tempore praecipue aliis propinquis praesentibus et adjuvantibus, postea magis judice consentiente, quomodo administrata sint, si consideramus, iterum

---

[7]) Wg. L. II. Arv. b. VI. (I. p. 135) — þa scal þaen scyldesti faeþernis fraende til riþa ok seae horo barnae paeningae farac — faþur broþer skal barnz male maelae — er moþer faþur til pa skal han raþa ok eig faþur broþer, er faþur faþir til þa skal han raþa ok eig moþer faþer — biuþer moþer baest til faelaegh þa aer hon naest — vil hun eig sva göra þa aer þaen naest aer baest biuþer til; Wg. L. Arfp. b. I. sqq. (I. p. 24 sqq.); Og. L. Epzsöre XVIII., XIX. (II. p. 38); ibid. Ruefst. b. XII. (II. p. 175).

[8]) Andr. Sun. leg. Skan XXI. (I. p. 18). Ad tutelam impuberis tutorum legitimus invitatur in conjunctione sanguinis ei quicumque proximus invenitur. Inter plures vero eque conjunctos et ex una parte tantum in subeunda tutela semper prefertur antiquior juniori, inter eque conjunctos sed ex utraque parte agnatus licet sit junior cognato preponitur quamvis etiam seniori; Er. Reg. L. Siel. I., 47. (II. 57); Jydske Lov I. 28 (III, 59).

[9]) Andr. Sun. XXII. (I., p. 21.)

[10]) Wg. L. II. Arv. b. VI. (I. p. 135) — þa aer þaen naest aer baest biuþer til — v. n. 7.

[11]) Er. Reg. L. Siel. I., 48 (II. p. 59). — Den — som haver intet ved at haefte maa ikke vaere Borns Vaerge; Andr. Sun. XXIII. (I. p. 21).

primum nobis occurrit, antiquissimo tempore propinquorum quemquam praecipue suo ipsius arbitrio pupillorum saluti prospexisse. Nam in Islandia proximi consanguinei bonorum fructibus alunt pupillum, neque ullam eorum rationem reddere debent, ita ut fructus capiendi jure pater, frater ex eodem patre et mater semper utantur, remotioris autem gradus propinquorum alter alteri curam auferre possit, dato promisso, se pupillum suis ipsius opibus sustentaturum fructusque ad bona additurum esse [12]). Eodem jure apud Norvegicos curator olim usus esse videtur, legibus autem iis, quae nobis sunt traditae illius gentis atque praecipue Sueogotorum et Danicorum, diligentissime prospicitur pupillo in curatorem et praecipitur ut fructus in pupilli commodum vertat rationesque reddat [13]). Hac quoque in causa agenda in familiae locum postea venisse rei publicae curam, diversos Scandinaviorum juris fontes comparantes nos non fugiet [14]). — Ceterum singulares administrandi rationes, quum nequaquam pendeant ex iis causis, quibus tutelam apud alias gentes aliam factam esse cognovimus, consentaneum est, de curandi modo omnium gentium leges omnino consentire. Omnia enim Scandinaviae jura id commune maxime intendunt, ut curator tanta restituat, quanta acceperit. Primum igitur impositum est curatori munus, ut inquirat, quanta sint curanda bona [15]).

---

[12]) Grág. Arf. þ. 9 c. (I. p. 192). Faþir scal hafa fiarvarþ veizlo barns sins oc sva vöxto, en ef eigi lifir faþir þa scal broþir samfeþri en ef eigi lifir broþir samfeþri þa scal moþir. Nu ero þeir menn sva III. at eigi byþr undan fiarvarþveizlona ne sva vöxtona. — Ef oscylldri menn taca til fiarvarþveizlo oc er þa costr at bioþa undan þeim manni varþveizlona fiarins ef þat vill —; ibid. 10 c. (I. p. 197 sqq.)

[13]) Aeld. Gl. L. 115 (I., 51); Er. Reg. L. Siel I., 48 (II., 61). End naar Broder eller anden Mand modtager Bornenes Gods, da skulle saavel Deres Faedreme som Modrene Fraender vaere tillstaede og skjonne, om det, han modtager, kan vaere mere end til Foede og Klaeder; da skal man vide, hvor meget der kan blive tilovers om Aaret — og hvormeget han skal give deraf om Aaret. De Ejendele, som han om Aaret kan udbringe til mere, end til Bornenes Foede og Klaeder, dem skal han modtage efter Vurdering; Andr. Sun. XXIII. (I., p. 21) Jydsk. Lov I., 30 (III., 62).

[14]) Cf. Grág. Arf. þ. 9 c. (I. p, 192 sqq.) cum Jydsk. L. I., 30 (III. p. 62); Er. Reg. L. Siel. I. 48 (II. p. 61).

[14]) Grág. Arf. þ. 9 c. (I., 195). — En siþan scal nefna vatta at þvi, at hann tecr viþ fe þvi er hinn ungi maþr a, oc buar hafa þa virt, til pess at hafa þa avöxto af, oc abyrgiaz at eigi þurfi innstöþor, nema omagar comi a hins unga mannz fe; Jarns. Erfd. b. co. 24, 25; Aeld Fr. L. IX., 22, 23 (I, 214). — En ef

Quam ob rem simulatque facultates susceperit, curator, si quae sint debita, ut coram propinquis solvat, et quaecumque pupillo debeantur ut solvanda curet, leges praescribunt[16]. Res ita aestimatae et definitae ne deminuantur, omnis est vetita abalienatio, qua pupillus damnum capiat. Attamen nequaquam eo prohibitus est tutor, quominus bonorum aliquid vendat. Nam, quum bonis prospiciat, id tantum agere debet, ut quanta curanda susceperit, tanta reddat, eadem, ut restituat, minime poscitur. Nam pupillus adultus primum a curatore petit, ut reddat bona, tum demum, quum ab eo non restituuntur, ea capit, ubi invenit, postquam testibus adhibitis probavit, illas res bonis suis esse exemtas atque curatorem ad satisfaciendum non esse solvendo[17]. Qua re si praebetur illi satisfactio, res ab eo qui tenet vindicare non potest. Quamquam igitur curatori abalienationem, quae, ut rebus mobilibus bene prospiciatur, necessaria videtur esse, perficere licet, tamen pupilli bonis detrimentum parare nequit. Quae res mobiles vendendi facultas in Islandia et Norvegia curatori legibus conceditur, eademque apud Sueogotos et Danicos communione continetur, qua utuntur pupillus et curator[18]. Omnium igitur gentium leges consentiunt res mobi-

---

madr tecr virdan eyri úmaga pá skal han hafa vitni sitt fram á fyrsta pingi, hverso micit fé hann tóc, oc gialldi úmaga hvern pening sem vitni berr; Aeld. Gl. L. 115 (I, p. 51); Ny. Lands L. V, 14 (II, 87); Wg. L. II Arv. 6. VI) I, 135); Andr. Sun. XXIII (I, 21); Er. Reg. L. Siel. I, 48 (II, 61); ibid. III, 10 (II, 217) Jydsk. Lov I, 30 (III, 63).

[16]) Aeld. Fr. L IX, 22 (I, 214) — oc gillda af allar sculdir paer er vitni veit med fraenda radi; Ny. Lands L. V, 14 (II, 87); Grág. Arf. p. 9 c. (I, 193 sqq.) Wg. L. II Arv. VI (I, 135) Andr. Sun. XXI (I, 18); Er. Reg. L. Siel. I, 48 (I, 61).

[17]) Aeld Fr. L. IX, 23 (I, 214) — En ef madr tecr virdan eyri úmaga pá skal hann hafa vitni sitt fram á fyrsta pingi, hvern mikit fé hann tóc oc gialldi umaga hvern pening sem vitni berr en ef hann vill eigi pá kvedi út úmagi fiár sins oc leggi honum rán vid, ok stemni honum heim til pingsstemnu um naetr III en sidan ping, par skal úmagi rydia mál sitt á pingi en ef honum fullnasc sócn sin, pá beidi hann bondr at farar at taka af honum sculld sina oc hálfa meira en konnngi III merc, en hinn fari at andvirdi sinu, hvar sem hann má sitt fá. En svá fremmi scal hann söcia adra menn um fé sitt par er hann ser, er hann hefir sott fiárhalldzmann til oc fiárhalldzmadr hefir golldit honum til ländalags svá sem maelt er oc menn vitu pat; ibid. 24 (I, 214); Aeld Gl. L. 115 (I, 51) 119 (I, 52).

[18]) Wg. L. II Arv. b. VI (I, 135); Andr. Sun. XXIII, (I, 21). Ad inique fraudis et sinistre suspicationis omnem materiam removendam vel ad communionem redigenda sunt omnia sapienter consilio propinquorum ut habeantur pro indiviso que-

les in administratione vendi licere[19]). — Sed quamquam quod vidimus id maxime agitur, ut non diminuantur bona, tamen pupilli ipsius salutis cura fieri potest, ut eorum aliquid consumatur. Nam quum curator suis ipsius opibus pupillum alere nullo modo cogi possit, si bonorum fructus, ut sustentetur pupillus non sufficiunt, ut facultatum aliquid consumatur, necesse est. Atque primum rerum mobilium quanta pars sit consumenda, aut propinqui aut leges constituunt[20]). Sed etiam ejusmodi rebus deficientibus Grágás curatori suo arbitrio fundum abalienare concedit[21]), apud Norvegicos propinqui hac de re consulunt[22]) atque recentiori jure judice adjuvante hac de abalienandi necessitate decernitur[23]). Quo facto omnia, quae ab administratore contrahuntur, in pupillum adultum non minus quam in alios valent. Praeter ea, quae protulimus, quod de administratione, quomodo geratur, leges singularia non constituunt, non mirabimur, quum cognoverimus id tantum posci a curatore, ut quanta acceperit bona tanta restituat, atque propinquos curatori, quandocumque

---

cumque tutoris et impuberis bona fuerint in rebus mobilibus constituta, ut in illis et lucrum et dampnum quodcumque contingit non unius proprium sed pro rata partis cujusque commune sit utriusque vel tutor impuberis bona tali conditione recipiat estimata, ut in restitutione bonorum nihil diminuere de quantitate valeat estimationis.

[19]) Grág. Landbrygþ b. 1 c (II, 202) Ef ungom manni tömiz land at erfþ eþa giöf oc selifiarvarþveizlo maþr hans abraut oc a hann brigþ till þess landz; ibid l. c. (II, 208); Og. L. Eghna sal XXI (II, 151); Andr. Sun. XXIII (I, 21) Er. Reg. L. Siel. I, 48 (II 68); Jydske Lov I, 30 (III, 62).

[20]) Grág. Landbrygþ. b. l. c. (II, 208); Aeld. Gl. L. 115 (I, 51) — Nu ef eigi vinnzt instoedu eyrir pa scal umagenn neyta halfrar mercr a XII manudom til hann er XII vetra gamall; Ny. Lands Lov V, 14 (II, 87); Oy L. Eghna-sal XXI (II, 151) Er. Reg. L. Siel I, 48 (II, 61).

[21]) Grág. Landbrygþ. b. l. c. (II, 208) Ef þat land var eigi selt, sem hann matti dyrst, eþa gengo eigi sculdir i land, sva sem nu var tint, eþa voro til leigobol eþa itöc at selia til sculda eþa omaga, þa brigþr landit oc scal döma þeim brigþ; ibid. l. c. (II, 202).

[22]) Aeld. Gl. L. 115 (I, 51) v. n. 20.

[23]) Og. L. Eghna-sal XXI (II, 151). — Nu ma egh ughurmayhans jorþ skiptas utan til baetra aella til iamnaþa, varþaer haus mals man sua fatöker at han orkar egh þön ughurmagha börn föþa, pa scal han andrum þerra fraenda til sighia at han taki ok föþe þem ok egh þerra jorþ saeli, will han egh þa skal han til pingxs fara ok þaer vitra ok siþan dom taka at perra forp firi lösöra saelia þöm föþa maeþ, ok egh ma han aella firi lösöra þerra jorþ saelia; Er. Reg. L. Siel. III, 11 (II, 219). Have smaa Born Jord, men ingen Penge, eller der kommer saadan Hungersnod

necesse est, consulere eumque semper observare[24]). In eo quidem consentiunt omnium gentium leges, quod hortantur curatorem, ut summa diligentia bona servet neque ullum iis paret periculum atque constituunt, illum gravi poena esse afficiendum et omne domnum sarcire debere, qui bona custodiae suae auferri sinat[25]). Levem culpam curatorem praestare eo jam concludi potest, quod fontes de bonis restituendis sine ulla exceptione id semper produnt: Reddat tantum, quantum accepit[26]). Certiora autem et accuratiora quae deficiunt de culpa et casu praecepta, eo suppleri videntur, quod si curator rationes reddit pro rerum causarum hominum diversitate sine dubio ex boni viri arbitrio propinqui dijudicant, utrum curatoris culpa an casu damnum bonis acciderit.

Muneribus, quae eadem omnia Scandinaviorum jura bonorum curatori imponunt, ut fungatur, in judicio quoque pro pupilli bonis agendi facultas ei concedatur necesse est. Qua facultate quum tota apud omnes Scandinaviae gentes pupillus sit privatus, omnes coram judice causas, quae ad bona servanda pertinent, curator gerit, petit, probat, jurat atque his in actionibus pro singulis causis diversis diverso modo eum adjuvant alii propinqui[27]). Singulae res quomodo in judicio agantur, penitus intueri a tutela quam tractamus valde abhorret. Quibus in causis gerendis si curatorem aliquid peccasse probatur, quin omne damnum

---

paa, at de ikke kunne ernaere dem, uden de saelge deres Jord, da skulle deres Fraender gaae med dem til Tinge og lyse der, at de have ingen anden Hielp, og da scal man, med Tingmaends og deres Fraenders Raad heller saelge Jorden. —

[24]) Grág. Arf. þ. 9 c (I 192 sqq.) Ny Lands L. V, 14 (II, 87) Enn fraendor hyggi at á hveriom tolfmánnadom, hverso med er farit, oc fái androm, ef sá dugir eigi med fullum vaurdslom at sá leggi móti er vidtekr; Wg. L Arv. b. VI (I 135); Er. Reg. L. Siel. I, 46, 48 (II, 57, 61) III, 10 (II 217) v. n. 23.

[25]) Grág. Arf. þ. 9 c (I, 196) Ef sa maþr förir fe þat fiorþunga a milli er varþveita a feit annan veg enn nu er talit, oc varþar þat fiörbangs-garþ; ibid. Landbrygp. b. l. c. (II, 102 sqq.); Aeld. Fr. L. IX, 24, 28 (I, 214, 215) Ny Lands L. V, 14 (II, 87).

[26]) V. n.

[27]) Grág. Kaup. b. 9 c (I, 410) Ef þeir menn eigo þangat fiarvan er eigi eigo sialfir varþeizlor fiar sins fyrir ösko sakir, þa ero þeir menn scyldir til farar þangat er fe þeirra eigo at varþveita, enda abyrgiaz þeir viþ þa ena ungo menn þat er til þeirra kömr, ef þeir göra eigi til coma. eþr föra eigi gögn til þau er þarf; Aeld Fr. L. IX, 24 (I, 214) Og. L. Eghna-sal XXI (II, 151) Er. Reg. L. Sicl I, 46 (II, 57).

pupillo adulto sarcire debeat haud dubium est, quamquam leges hac de re pauca tantum constituunt[28]. — In omni cura gerenda propinquorum arcta conjunctione, quorum quisque subsidiario causam gerendi jure utitur, pupillo in curatorem ipsum praebetur praesidium. Nam propinqui prospicientes, ne detrimentum capiat pupillus, observant curatorem, atque eo quod probant, illum res pupilli male gerere, efficiunt, ut bona ei auferantur aliique tradantur[29]. Qua re non mirum est, quod fontes certas causas, quibus curator removeatur, non produnt. Id autem omnino his quoque in rebus apparet, rei publicae vim magis magisque familiae praesidium supplevisse eamque posteriori tempore pupillo auxilium, quo egebat, praebuisse[30].

2. Tutela quum antiquissimo tempore a tota familia geratur tuendique munera sicut aliae consanguinitatis obligationes et jura pro diversa eorum natura diversis tribuantur propinquis, bonorum cura tractata, quaerendum esse apparet, a quibus et quomodo pupillo ea tutela, quae praeter bonorum curam ei est necessaria, praebeatur. Atque in promptu sunt argumenta, quibus probantur ea, quae de separatis tutelae partibus protulimus. Ultio enim pupilli ob crimina in eum commissa sejuncta suscipitur a bonorum cura, aliis propinquis aliisque rationibus concessa. Quas res quum accuratius intueri studeamus, ab aliis criminibus distingui oportet interfectionem pupilli. Interfecti enim ultionem sive adulti sive pupilli familia suscipit, neque quidquam ei inest pupillaris quam tractamus tutelae proprium[1]. Eadem autem familia, sicut necati ulciscendi partes suscipit, qui ipse quominus agat morte est prohibitus, ita etiam pupillum, quippe quem propter pupillarem aetatem deficit facultas agendi, laesum vindicat. Iisdem, qui ob propinqui caedem agunt, ut causa de pupillorum aggressione vel laesione agenda deferatur, leges praescribunt[2] et, quum propinquitatis gradu hoc quoque

---

[28]) V. n. 27.
[29]) V. n. n. 23, 24.
[30]) V. n. n. 23. 24.
[1]) Wildal. c. p. 366 — 398.
[2]) Grág. Vigsl. 70 c. (II, 111) Ef hlaupit er til ungra manna eþr unnit a þeim er eigi eiga forraþ fiar sins, þa a sa maþr söc þa er vigsöe aetti eptir þa ef þeir veri vegnir.

munus concedatur, idem quem jam supra cognovimus propinquorum ordo tenetur feminis exclusis, quum ipsae in judicio agere nequeant[3]). Pro uxore autem, si causa agenda consanguinitate ei defertur, ut maritus agat permittitur[4]). Sed eorum, qui eodem gradu pupillo sunt conjuncti, aliis cura bonorum aliis laesionis ultio conceditur. Nam bona administranda pupilli ipsius commodi causa propinquorum alter alteri eo auferre potest, quod meliores offert conditiones, in hac autem re gerenda, ut pax sit legesque valeant in civitate, is praefertur, qui, quum alii transigere causam velint, gravissimas poenas poscere mavult[5]). Neque in bonorum cura suscipienda valent leges, quae praecipiunt, ut in his pupilli causis agendis inter fratres maior aetas tribuat priorem locum, inter eos, qui remotiore gradu sint propinqui, voluntaria ipsorum transactio aut sors decernat[6]). Cui respondet, quod nominibus quoque discernuntur tutores secundum diversa tuendi munera, quum bonorum curatorem Islandi appellant „fiarvarþveizlo maþr“, Norvegici „fiarhalldzmadr,“ eum autem, qui pupillo crimine laeso prosþicit „aþili“ vocant[7]). Recentiori autem et Sueogotorum quidem atque Danicorum jure quod bonorum curator crimina quoque in pupillum commissa persequitur, cur factum sit, si quaerimus, causas meminerimus necesse est, quibus singula tutelae munera conjuncta feminasque ab eo exclusas putavimus. Quibus rebus consentaneum videtur esse, quod recentiori jure nonnisi virilis sexus heres proximus et bonis prospicit et ob laesiones pupillo allatas poenas poscit[8]). Atque quae de bonorum curatoribus curandi-

---

[3]) Ibid. 35 c. (II, 66) — En faþir a naest söc um vig, ef sonr er eigi til eþr yngri enn XVI vetra, þar naest broþir samfeþri, þa broþir sammoþri — ef þeir menn ero eigi til, þa a vigsöc hinn nanasti harlmaþr — Alls hvergi hverfr vigsavk undir kono.

[4]) Grág. Vigsl. 70 c. (II, 112). En ef konor þaer er gefnar ero eiga fiarvarþveizlo ungra manna þeirra er a er unnit, þa eiga böndr þeirra sakirnar.

[5]) Grág. Vigsl. 35 c. (II. 67) — Sva er þar maelt þoat sumir aþiliar hafi saettz a, eþr vili saettaz, eþr þeir er meþ sakar fara en sumir vili eigi, þa scolo þeir jafnan raþa er sökia vilia til fullra laga.

[6]) Ibid. (II, 68) Nu vilia allir sökia til fullra laga, þa scolo þeir luta um hvers mal döma scal, nena þeir verþi allir a annat sattir. Hvergi raeþr alldr meþ jafnnanom mönnom öþrom en bröþrom.

[7]) Grág. Arf. þ. 9 c. (I, 192); Aeld. Fr. L. IX 23 (I, 214); Grág. Vigsl. 35 c. (II, 68).

[8]) Wg. L. II Arv. b. VI (I, 135) Andr. Sun. XXI (I, 19).

que modo diversa sunt apud singulas gentes, quum ex familiarum et rei publicae constitutione, qualis initio fuerit, qualisque postea facta sit, explicare studuerimus, ea quae de criminibus in pupillum commissis puniendis singularum gentium leges et quidem aliae alia sanciunt, ex singularibus apud populum singularem juris criminalis rationibus diversoque puniendi modo deducenda et explicanda esse videntur. In Islandia et Norvegia quum pacis exclusio etiam leviora sequatur delicta, ei, qui laesus est, semper fere licet occisione inimici se ulcisci[9]). In pupillum igitur si crimine laesio fit, propinqui decernere possunt, utrum morte criminosi laesum ulcisci, an cum illo transigere malint. Atque etiamsi transactione fit reconciliatio, compositione, quae solvitur, non tam, ut damnum quoddam restituatur, quam potius ut reus se injuriam fecisse confiteatur laesumque honoret, petitur[10]). Quae, quum talis sit notio poenae et indoles, pupillo, quippe qui neque criminis vim et notionem intelligere neque injuria se affectum habere potest[11]), praeberi nequit. Qua re propinqui, quum causas de pupilli laesione agant, crimine se ipsos injuria affectos habere suumque ipsorum ulciscendi jus prosequi videntur. Cui respondet, quod iidem, qui de compositione solvenda decernunt eamque constituunt, accipiunt quoque eam et suo jure habent[12]). Is vero, qui ad pupillum bonis egentem alendum est obligatus, si eum non sustentat posteaque causam propter illius laesionem agit, ut compositionem, quam adipiscitur, ei qui pupillum sustentavit, tamquam alimentorum compensationem tradat cogi potest[13]). Qua lege id solum sancitur, alendi obligationem quantum fieri possit esse explendam, neque vero praecipitur compositionem in pupilli commodum esse consumendam, nam ab eo, qui pupillum alere non debebat, multam reposcere non licet[14]). Quarum rerum apud ceteras Scan-

---

9) Wilda l. c. p. 264 sqq., 274 sqq., 748.

10) Wilda l. c. p. 340.

11) Wilda l. c. p. 640 sqq.

12) Grág. Omag. b. 25 c. (I, 281) Hvar þess er aþilþir saka berr undir þa menn, er eigi voro scyldir til framförslo omagans, þa eigo þeir þat alt er a faezc um retta-far þeirra mala.

13) Ibid. (I 280) At þeim ma oc heimta fostr-laun eþr retta-far, er lögscyldir hefþi verit til framförslo þeirrar omegþar, er hinir hafa framfört ef þeir hefþi fe til.

14) Ibid. — En hvergi ma heimta fostr-laun ne retta-farat þeim mönnom er eigi voro scyldir til framförslo omegþar.

dinaviae gentes mutationes ut intelligamus, necesse est meminerimus pacis privationem magis magisque fuisse coercitam atque paulatim plura crimina denique omnia fere compositione tantum esse expiata [15]). Qua in compositione damni sarciendi petitio initio repressa in dies magis valuit, ita ut recentiori jure in multa praevaleat [16]). Atque damni restitutionem, quae inest in compositione, quum damnum in pupilli bona non minus incidat quam in adulti, quominus petat pupillus, causis non prohibetur, quibus eum ab ultione exclusum esse vidimus. Quum Norvegicorum leges paulatim plura crimina compositione expiari neque pacis exclusionem fieri jubeant, hac in compositione damni restitutio magis inest [17]). Atque quum multae dimidiam partem pupillo si laeditur tribuant [18]), hanc eam compositionis partem habere possis, quae pertineat ad damnum resarciendum. Quod nos recte putare, perspici posse videtur ex Sueogotorum legibus. Hae enim tribuunt pupillo eam compositionem, quae ob crimen casu commissum solvitur atque ei, qui casu laeditur, nil nisi ut damnum sarciatur poscere licet [19]). Atque quum apud Danicos poena laeso solvenda id solum fere agatur, ut detrimentum sarciatur, nihil est cur pupillo multa negetur [20]). Sed quamquam multa pupilli est, dubitari potest, num praeter illum tutor causam gerens sibi ipsi aliquid petere possit. Atque certe nonnullis in pupillum criminibus et tutoris jura violantur, veluti si quis illum custodiae, quam tenet tutor, aufert, sed quae ex tali delicto oritur petitio, e tutoris ipsius, non e pupilli emanat laesione.

---

[15]) Wilda l. c. p. 268 sqq. 320 sqq. 748 sqq.

[16]) Wilda l. c. p. 341, 642, 755.

[17]) Wilda l. c. p. 749.

[18]) Aeld. Gl. L. 190 (I, 69); Aeld. Fr. L. IV, 36 (I, 169) — en VIII vetra gemall madr scal taka hálfrétti ok svá böta til pess hann er XV vetra gamall. Aeld. Biark. R. 51 (I, 314) 97 (I, 321) 111 (I, 325).

[19]) Wg. L. I Bardagh. B. 3. (I, 21) Diungaer maghaendae maþaer ovormaghae böte firi örae tvae. Slickt skal ovormaghi bötae sum takae. Og. L. Vaþ m. XV, (II, 76) — all ughurmagka gaerning taks til vaþa ok han bötir egh mera firi vilia aen firi vaþa. Wilda l. c. p. 551.

[20]) Wilda l. c. p. 551. Andr. Sun LXVII (I, 70) Si quis non voluntarie sed casualiter cuiquam vulnus inflixerit non idcirco minus integram vulneratus recipiet emendationem, cujus dolorem linire non novit casus potius quam propositum infligendi nec ipsius multum interest, ex casu potius quam ex proposito lesum esse —; ibid. XXI (I, 19).

Neque vero dividi inter utrumque compositionem, ex eo intelligitur, quod pupillo ipsi soli multa tribuitur, atque ubi haec divisio certis, quas infra proferemus, causis fit inter feminam ejusque tutorem, idem de his solis valere leges produnt[21]). —

Ex eodem pupilli defectu arbitrii atque agendi facultatis, quo nititur hoc, quod tractavimus, tutelae munus, deducenda est necessitas quoque defendendi pupillum in actiones, quae ex ipsius oriuntur delictis. Atque quae alia constituuntur aliis juris fontibus de pupillis puniendis ex singulari apud populum quemque criminis natura diversoque puniendi modo cognoscenda sunt et explicanda. Islandi, quum cujusque fere criminis reum tamquam rei publicae et hominum inimicum pace olim excluserint, propter dolosum praecipue animum criminosum punire tetenderunt[22]). Cui respondet, eosdem pupillum, quippe cui propter aetatis imbecillitatem dolus et consilium pacis hominum turbandae inesse non potest, gravissima illa poena affici noluisse. Qua re quum pro aliis delictis non uterentur aliis poenis, non alia poena pupillo afferri potest, quam castigatio, qua eum afficere laeso ipsi est licitum[23]). Sed tamen quae in pupilli bona venerunt res alienae, curator procul dubio restituere erat obligatus. His autem juris criminalis rationibus mutatis, quum compositionem magis magisque damni resarciendi notionem accepisse cognoverimus, haud mirabimur, quod compositionem solvendi obligatio magis magisque pupillis quoque imposita est. Apud Norvegicos pro juris criminalis, quales produntur, rationibus, pupillus inde a certo quodam aetatis anno aliquam compositionis partem solvere debet[24]), cui damni inest restitutio, si hujus gentis leges consentiunt cum Sueogotorum jure, quod eam com-

---

[21]) Og. L. Vaþ. mal XIV. (II. 75). — Nu aen kona kan varþa barþ aella sar aella ok annur lund kan gaeras til haenna, þaet a haenna gipta maþaer sökia, ok alt þaet sum þaer bötis firi þa höre haenne halft til ok halft haenna gipta manne sum hana sökir, utan han varþe raentaer gipta mala, þa bötaer hörin gipta manninum til, aella hon kunne firi ligga sik aella han kunne taka vingaeva firi hana.

[22]) Wilda l. c. p. 268, 278 sqq., 748.

[23]) Grág. Vigsl. 82 c. (II., 63). — Ef yngri maþr vinnr a manni enn XII. vetra gamall, þa a maþr at föra hann oc hafþi ser, sva sem þa mundi, ef hann veri fostri eþr faþir.

[24]) Aeld. Gl. L. 190 (I., 69). Umage engi scal rett taka oc engan giallda adr en hann se XII. vetra gamall pa er hann halfrettes madr at hvarotveggia til hann er XV. vetra; Aeld. Fr. L. IV., 36 (I., 169); Aeld. Biark. R. 51 (I., 314).

positionis partem, quae ad damnum sarciendum solum pertinet, distinguit atque solvendam pupillo imponit[25]). Nam damnum pupilli crimine ortum tamquam sine dolosa voluntate factum habet et restitui jubet. Danicorum denique leges, ut probetur quod diximus, ex mutata poenae natura ortam esse pupillo obligationem compositionis solvendae, strictis verbis proferunt, pupillum totam multam solvere debere, eo quod idem sit damnum sive e pupillo sive ab adulto allatum[26]). — Quibus in actionibus quis pro pupillo agat, ex iis, quae dicta sunt, facile intelligitur. Nam in Islandia, quum pupillum, si quem laedit, castigare quidem licitum, legitima autem poena eum affici vetitum sit, nihil est, cur pupillus in judicio defendatur, et apud ceteras gentes idem heres proximus virilis sexus, sicut pro pupillo poenas poscit, ita eum criminis accusatum defendere debet. Qua re consentientes juris fontes produnt tutoris munus solvendi multam, qua pupillus est condemnatus[27]). Atque ex criminosi pupilli opibus compositio est sumenda, quum ipse tutor nequaquam sit obligatus ad illam solvendam. Qua re quid fiat in quaestionem potest vocari, si pupillum ad satisfaciendum deficiunt opes. Quum antiquissimo tempore criminosus quisque, qui compositione pacem sibi redimere non poterat, ultionem pati deberet[28]), forsitan putaveris, etiam pupillum opibus carentem ad multam praebendam in Islandia pace privatum esse, sed jam cognovimus pupillum pace excludi legibus esse vetitum[29]),

---

[25]) Wg. L. I. Bardagh. B. 3 (I., 21); Og. L. Vaþ. mal. XV. §. 3 (II, 76) — all ughurmagha gaerning taks til vaþa ok han bötir egh mera firi vilia aen firi vaþa; ibid. Draep. B. XVIII. §. 2 (II., 62). Upl. L. Manhelg. B. II. (III., 133).

[26]) Andr. Sim. XXI. (I., 19). Tutor de bonis impuberis pro delictis ipsius tenetur satisfacere iis, qui vel in rebus ab eo dampnum vel in corpore perpessi sunt lesionem; nequaquam enim eorum multum interest ab infante potius quam adulto dampnorum molestiis agravari. Regi vero vel pontifice pro illius etatis excessibus que causam investigare non sufficit castigationis, equitatis ratio non permittit aliquid emendari; Jydsk. Lov. II., 50 (III., 196).

[27]) Aeld. Fr. L. IV., 38 (I, 169). Ef madr fulltida kennr þat manni at hann hafi misleicit hann i oesco — pa hafa pau vitni framme er scil vitu á at hann hefer saetzo vid fiárhalldsmann oc fraendr; ibid. X., 37 (I., 226) XI., 17 (I., 233); Wg. L. II. Arv. b. VI. (I., 135). — Eig ma fra moþer takae barn, — faþur broþer skal barnz male maelae; Andr. Sun. XXI. (I., 19).

[28]) Wilda l. c. p. 340 sqq.

[29]) Wilda l. c. p. 640 sqq.

atque eaedem leges, quomodo agatur in illum si solvendo non sit, nihil constituunt. Ex iis autem, quae de feminis condemnatis, quippe quae ad poenam solvendam facultatibus egent, decernunt leges, fortasse intelligi potest, quomodo pupilli pauperes puniantur. Nam mulieres quum sicut pupillos pace privari vetitum sit, creditoribus illas addici constituitur, ut laboribus ei satisfaciant[30]). Atque hanc executionem in pupillum propter alia debita fieri si apparet[31]), persuasum habere liceat eodem modo pupillum pauperem ob crimina puniri. Quibus in angustiis ut propinqui plerumque adjuvarent pupillum familiae natura, qualem illo tempore fuisse supra ostendimus, procul dubio efficiebatur, sed liberandi illius obligationis nullam faciunt mentionem leges, quippe quae alimoniae sumptus diligentissime et accurate inter propinquos distribuunt[32]).

3. Bona curandi causasque agendi munera quum, ut necesse erat, separata tractaverimus, simul cura, quae spectat ad personam pupilli integram servandam, est prolata. Ex ipsius enim bonis pupillum a curatore sustineri atque quomodo omnibus in angustiis ei a propinquis prospiciatur apud omnes Scandinaviae gentes cognovimus. Deficientibus autem pupilli bonis quis alendi curam suscipiat, si quaerimus, ad nostram de tutelae antiquissimo tempore integra et postea mutata natura sententiam magis probandam perspici licet, sicut omnes alias, ita hanc quoque consanguinitatis obligationem, initio totam familiam explevisse, postea propinquorum aut nonnullos aut unum aut denique nullum auxilium egenti tulisse[33]). Apud omnes populos, quin pupillus uteretur ejus domicilio, qui eum stustentavit, fieri non potuit atque ei, qui illum educavit, simul cum custodia auctoritas quaedam et coercendi castigandique potestas necessario erat concedenda[34]). Poenis autem et gravioribus quidem pupillum

---

30) Grág. Fest. þ. 25 c. (I. 339). — Ef legit er meþ lögsculdar kona, oc a sa söc þa er fe a at henni.

31) Aeld. Gl. L. 71 (I. 36). Aettborenn madr ma geva barn sitt i skulld.

32) V. n. 32.

33) Grág. Omag. b. 1 c. c. sqq. (I., 232 sqq.); Aeld. Gl. L. 118 (I., 52), 127 (I., 54); Aeld. Fr. L. 25 (I., 215). Ny. Lands. L. V., 22 (II., 90); Er. Reg. L. Siel. III., 10 (II., 217).

34) Aeld. Gl. L. 115 (I., 51). Wg. L. I. Arv. b. VI. (I., 135). Andr. Sun. XXII. (I., 19).

afficere neque bonorum curatori neque aliis propinquis licitum fuisse ex legibus jam cognoscitur, quas de pupillis puniendis supra adtulimus, atque etiam patris in liberos summa potestas, quippe qui infantes ad necem suo jure exposuisse narratur, nostris Scandinaviorum juris fontibus nequaquam sancitur. Omnino hac quoque in tutela, quae ad salutem personae pupilli integram servandam pertinet, perspici licet, antiquissimo tempore propinquos maxime suo ipsorum arbitrio pupillo prospexisse, postea legibus coercentibus magis et interveniente rei publicae potestate id effectum esse, ut non pupillus injuria afficeretur [35]).

4. Pupillorum tutelam quum voluntatis et virium imbecillitate ortam et nisam esse cognoverimus, consequitur, pupillo adolescente finem esse quendam minoris aetatis, a quo pupillus assequatur plenam agendi facultatem. Quo in termino constituendo nihil valet discrimen, quod cernitur in diversarum gentium legibus, quum Islandi sedecim annos natum ab omni tutela liberent [36]), ceteri Scandinaviorum populi quindecimum annum constituant finem minoris aetatis [37]). Attamen usque ad hanc majorem aetatem antiquissimo jure pupillus nequaquam omni agendi facultate erat privatus. Nam secundum Grágás juvenis duodecim annos natus nonnulla quaedam negotia suo arbitrio contrahere potest, eademque aetas terminus constituitur, quo ob delicta quaedam pupillus puniatur [38]), et Norvegicae leges illum,

---

[35]) Grág. Arf. þ. 9 c. (I., 192 sqq.). Aeld. Gl. L. IX., 23, 24 (I., 214). Wg. L. II. Arv. b. VI. (I., 135). Er. Reg. L. Siel. I. 46 (II., 57).

[36]) Grág. Pingsk. þ. 56 c. (I., 147). Karlmaþr XVI. vetra gamall scal raþa sialfr heimilisfangi sino, eþa ellri; ibid. Arf. þ. 4 c. (I., 179). — Sva fremmi a karlmaþr arf at taka, er hann er XVI. vetra gamall; ibid. Landbrygþ b. l. c. (II. 202). Ef maþr vex upp til landz brigþar, þa scal hann hefia upp er hann er XVI. vetra gamall; ibid. Vigsl. 32 c. (II., 63).

[37]) Aeld. Fr. L. IX., 24 (I. 214) — pá scal úmagi par heimta fé sitt er hann er XV. vetra gamall; ibid. 25, 26, 27 (I. 215). Og. L. Vaþ. m. XV. §. 3. (II., 76); Upl. L. Manh. B. 2 (III., 133); Andr. Sun. XVIII. (I. 15).

[38]) Grág. Pingsk. þ. l. c. (I. 16); ibid. 6 l. c. (I, 166); ibid. Vigsl. 32 c. (II., 63). þarr er yngri maþr vegr mann enn XVI. vetra gamall, oc scal hann eigi verþa um þat vig secr þoat hinn veri saklauss. — Ef yngri maþr vinnr a manni en XII. vetra gamall, þa a maþr at föra hann oc hafþi ser, sva sem pa mundi, ef hann veri fostri eþr fapir oc scal eigi göra orkumbl at enom unga manni.

quum nondum majorem aetatem attigerit, poena legitima afficiendum esse jubent[39]). Quam rem ita se habere non mirabimur, si in memoriam revocamus, in iisdem fontibus singula tutelae munera esse separata et alia ab aliis propinquis gesta. Nam si deficiente generali tutelae institutione pupillo in diversis causis pro singulari earum natura diverso modo prospicitur, non alienum videtur esse, etiam in singulis negotiis pro eo quod ea sunt majoris aut minoris momenti, arbitrium et agendi facultatem pupilli diversam esse constitutam, ita ut in aliis rebus gerendis maior aetas poscatur quam in aliis. Quibus rebus, sicut cognovimus, mutatis, in recentiori jure unum solum aetatis terminum invenimus constitutum, quo pupillaris aetas finitur eoque id efficitur, ut adultus omnibus suis juribus suo ipsius arbitrio utatur omnique agendi facultate gaudeat, quam ob rem quae sint majoris aetatis singulae consequentiae prodi neque possunt neque debent. Omnia quae pupillo orta sunt jura inter pubertatem, quaeque allata sunt bona a tutore ei integra sunt tradenda, postquam majorem aetatem assequutus est, atque, quum dativa tutela Scandinaviis veteribus plane sit ignota, ab eo poscuntur, cui prospiciendi munus consanguinitate deferebatur.

II. De mulierum tutela*).

Ex rei publicae apud veteres Scandinavios constitutione familiarumque natura, quibus pupillorum tutelam cognoscendam et explicandam esse cognovimus, mulieres tuendi necessitas quoque et rationes deduci et intelligi possunt. Nam quum apud illos familia nonnisi ipsius viribus integritatem et salutem sibi servare possit, atque propinquorum alter alterius auxilium

[39]) Aeld. Gl. L. 190 (I., 69); Aeld. Fr. L. IV. 36 (I., 169); Aeld. Biark. R. 51 (I., 314) 97 (I., 321), 116 (I., 325) cf. cum Aeld. Gl. L. IX. 24 (I., 214); ibid 26, 27 (I., 215).

*) Engelstofft: Forsög til en Skildring uf Quindekjönnets huuslige oh borgerlige kaar hos Skandinaverne för Kristendommes Indförelse. - (De mulierum conditione apud veteres Scandinavios) Kiobh. 1799. Qui haud multum prodest ad res cognoscendas, quum neque diversos juris fontes neque singulas institutiones neque historiarum narrationes et legum praecepta satis discreverit.

magnopere habeat necessarium, facile intelliges, multo magis feminas praesidio egere. Atque sanguine juncti, quippe qui singulorum res gerentes communem simul curant salutem, mulieribus prospiciendo id agunt, ut non familia aut mulier ipsa damnum capiat. Qua re, sicut pupillorum, ita mulierum quoque tutela omnino id petitur, ut in iis quibus necesse est causis praesidium afferatur, sed quum pupilli propter minorem aetatem omni facultate agendi prorsus sint privati, mulieres autem in aliis rebus alio utantur arbitrio et in diversis causis diverso iis opus sit praesidio, valde inter se discrepant tutelae harum et illorum. Qua in mulierum tutela tractanda quum omnem tutelam, qualis sit et quomodo geratur, e propinquorum conjunctione pendere cognoverimus, alia statuenda est tutela virginum, quae in patris aut propinqui alicujus domo vivunt, alia earum mulierum, quae matrimonio contracto in aliam familiam sunt transgressae, alia denique earum, quae marito mortuo in viduae conditionem singularem venerunt. Quae singulae tutelae propter singularem virginum uxorum viduarum conditionem inter se ita diversae apparent, ut separatas eas tractari oporteat.

A. De virginum tutela.

Virginum tutelam recte nos habere a pupillorum diversam, non ex aetatis sed sexus imbecillitate ortam, antiquissimum jus eo probat, quod puellis quoque constituit pupillaris aetatis finem, quem postquam assequutae sunt certa quadam agendi facultate utuntur. Ex imbecillitate sexus autem ne damnum aut injuria fiat virgini ipsi vel familiae, tutela quadam feminae adultae opus est, quam quum gerant propinqui, et virginis et ipsorum saluti prospiciunt. Qua re pro causarum et negotiorum natura et gravitate virgo modo ab agendo plane est remota, modo propinquorum auxilium habet necessarium, modo suo ipsius utitur arbitrio. Haec tutela qualis sit in singulis causis et rebus, quum ex earum singularibus rationibus cognosci et explicari debeat, de gerendi modo generalia eadem apparent, quae ex rei publicae constitutione familiarumque natura de omni tutela, quomodo geratur, cognovimus. Nam sicut pro pupillo, ita pro virgine quoque antiquissimo tempore secundum singularem rerum et causarum naturam propinquorum modo complures conjuncti agunt, modo res gerit unus eorum solus et quidem modo heres proximus modo qui vult aut adest aut quem

virgo sua voluntate elegit; alii propinqui funguntur aliis prospiciendi muneribus, multa his in rebus sua sponte faciunt et suo arbitrio constituunt. At posteriori tempore infirmata familiae vi et gravitate atque adulta rei publicae potestate non minus in virginum quam in pupillorum tutela effectum est, ut, sicut omnes consanguinitatis obligationes et jura multo modo sunt deminuta aut sublata, ita in tutela quoque gerenda propinquorum conjunctio multo minus valeat. Nam sicut pupillorum tutelam posteriori tempore mutatam esse cognovimus, ita virginum quoque tutela in recentioris juris fontibus apparet mutata. Propinqui enim complures neque conjuncti neque separati simul curantes agunt, atque omnino postea virginibus prospicitur non tam consanguinitatis vi et propinquorum arctissima conjunctione quam potius legibus, quippe quae accuratissima de tutela gerenda definiunt et uni cuidam propinquorum idoneo, ut omnem virginis salutem servet et de integra ea servanda rationes reddat, omnes tutelae obligationes et jura tribuunt. Atque hac rerum commutatione una cum tutelam gerendi modo tutelam ipsam et virginis conditionem mutatam esse non mirabimur. Nam ei, quod familiae vis et gravitas posteriori tempore est deminuta, consentaneum videtur esse, in virginem quoque illam minus valere quam initio, et ob eam causam feminam in quibusdam causis majori agendi facultate uti, et in iis quidem, in quibus, ne familia ex virginis imbecillitate damnum caperet, feminae olim arbitrium negabatur. Ad virginem ipsam autem tuendam et defendendam quum posteriori tempore necesse sit ab uno propinquorum quodam idoneo poscere, ut omnem feminae salutem integram servet, potestas tutori necessario est concedenda, qua regere possit ea, de quibus bene regendis et servandis rationes reddere debet. Atque pro eo quod tutor, ut tutelae muneribus fungatur, potestate majori aut minori utitur, feminam sua ipsius potestate et suo arbitrio magis aut minus in singulis causis et rebus privatam esse apparet. Iisdem igitur causis, quibus pupillorum tutelam apud alias gentes aliam esse intelleximus, virginum quoque tutelam atque illarum in jure conditionem posteriori tempore aliam factam esse putamus, id quod certius et accuratius cognoscemus singulas virginum tutelae partes tractantes.

1. De bonorum cura. Pro eo quod diximus antiquissimo jure virgines, postquam majorem assequutae sint aetatem, agendi

facultate quadam uti, apud eas gentes, a quibus antiquissimi juris institutiones nobis sunt traditae, virgines adultae ipsarum arbitrio bona sua curant [1]), qua in re veteres Islandici eo habent sexus imbecillitatis rationem, quod virginibus non ante vigesimum aetatis annum aliorum hominum bona administranda concedunt [2]). Consumendi et abalienandi licentia quamquam ei tribuitur, tamen ne familia aut femina ipsa ex venditione detrimentum capiat, eo curant leges, quod totum fundum aut ne partem quidem fundi abalienari vetant [3]). Sed quamquam virgo bona sua curat, tamen in iis servandis auxilium ei opus est, quum ipsa opes suas in judicio neque petere neque defendere possit [4]). Atque propinqui, sicut omnino sibi invicem adsunt praesidio, ita quoque, ne propinquae facultatibus injuria et damnum afferatur, provident, et quum auxilium sibi invicem praebendi communem habeant obligationem, arctissima eorum conjunctione ipsa efficitur, ut his in causis feminae non sint derelictae. Qua re nequaquam lege propinquorum quidam ad agendum designatur, sed virgo ipsa, ut quam optime in judicio sibi prospiciatur, eo curat, quod illorum aptissimo causas agendas defert [5]). Vetutissimae heroum historiae multis narrationibus tradunt [6]), propinquos a propinquarum bonis injurias dili-

---

[1]) Grág. Arf. þ. 4 c. (I., 180) — Maer a at taka arf þegar hon er XVI. vetra gömol, oc sva vöxto a sino fe; Aeld. Gl. L. 128 (I., 54) — pegar maer er fulltida pa scal hon veita vord fe sinu oc sva taca vid fear hallde; Aeld. Biark. R. 165 (I., 334). Nú aer svá maelt at hverr madr skal siálfr ráda fyrir fe sinu ámedan hann má i sinu öndvegi sittia ok svá kona sem karlmadr; Aeld. Fr. L. IX., 23 (I., 214). Svá er systir komin til fiarhallds sem brodir ef hon er XV. vetra gömul.

[2]) Grág. Arf. þ. 4 c. (I., 180) — en eigi varþveizlo hvarki sins fiar ne annara manna, oc eigi raþa fyrir vistafari sino fyrr enn hon er XX.

[3]) Grág. Landbrygþ b. 2 c. (II. 214). — Kona a oc eigi at selia land halft eþa meira, bygþan bolstaþ ōn raþi lōgraþanda sins; Ny. Biark R. VII 6, (II., 255). — En i boe varom skulu aller frealser men oc fulltida rada kaupum sinum sva konor sem karlar, nema konor skulu aeigi hus kaupa ne jardir nema bonde paeirra lofe paeim eda sannr aervingi.

[4]) V. n. 5.

[5]) Aeld. Biark. R. 99 (I., 322). En kona einhleyp ef hon á mál at soekia eda veria pá biódi hon hverium manni er hon vill med vátta sitt mál at sökia edr veria jafnbornum peim er átti hana edr fedr sinum jafnbornum ef maer er; Aeld. Gl. L. 291 (I., 96). Nu a máer bod a jordu pa skal hon fa mann til er hon er XV. vetra at lysa pvi a pingi at su jord er selld er hon a bod a; Aeld. Gl. 128 (I., 54); Aeld. Fr. L. X., 36 (I., 225) ibid. XI., 17 (I., 233); Grág. Vigsl. 66 c. (II., 108).

[6]) Viga-Glums Saga c. 7.

gentissime repulisse et pro iis tamquam pro suis in judicio egisse; atque ex eo, quod leges feminis causas suas propinquorum cui velint demandare permittunt, cognosci licet, omnino illorum quemque eis talibus in angustiis auxilio adesse. Quas juris antiquissimi institutiones jus recentius proferre multo alias et mutatas facile intelliges. Nam quum, sicut omnes consanguinitatis obligationes et jura, ita praecipue praesidium, quod propinqui sibi invicem olim praebebant, postea multo modo deminutum aut sublatum esse constet [7]), consequi videtur, feminas quoque posteriori tempore ad bona servanda et defendenda in familia non satis praesidium, inter propinquos rarius curatorem ad agendum in iudicio paratum invenisse. Atque quum hac rerum commutatione id effectum esse cognoverimus, ut posteriori tempore legibus maxime curaretur, ne sanguine junctorum alter alterum derelinqueret, virginibus quoque adultis tutorem quendam, qui ad agendum coram judice lege obligatus esset, constituere necesse erat [8]). Quem tutorem quum leges sicut pupillis ita et mulieribus magis magisque diligenter prospicientes omnem virginis salutem incolumem servare velint, ut a bonis quoque illius omne damnum repellat et de integris iis servandis rationes reddat, a curatore poscunt. Quo munere ipso continetur tutoris in bona potestas, qua virgo ipsius in bona curanda libero arbitrio privatur. Proximus igitur heres virilis sexus, atque inter complures aptissimus, qui in omnibus quibus necesse est rebus virgini, donec est innupta, prospicit, bona quoque ejus curat, quorum de administratione eaedem valent rationes, quas pupillorum bonorum curam tractantes latius supra exposuimus [9]). Sed bonorum coram judice cura apud omnes Scandinaviorum gentes virgini necessaria ab eo valde discrepat, qua pupillis hac in re opus est. Nequaquam enim femina adulta omni coram judice agendi facul-

---

[7]) V. p. 2 sq.

[8]) Og. L. Raefst B, XII (II, 175) Nu ma egh kona eþ ganga aella sea aella ughurmaghi þy at þön skulu mals man bava sum svara skal firi þöm ok sökia þaet a þaen gaera sum naes, taer aer þöm a faeþrinit — Nu ma egh kona þing staemna þa skal haenna mals manne staemna aen han aer innan landzs ok lagh saghu aer han egh sua þa skal staemna andrum haenna skyldum fraenda.

[9]) Andr. Sun. XVIII (I, 15); Er. Reg. L. Siel. I, 48, 49 (II, 59 sqq.) Iydsk. L. I, 7 (III, 27) — Men Daatter maa ingenledis sige sig aff Faderens Veriemaal for end hand giffuer hende en anden ret Verie — da skal hand vaere Verie der naest er udi Byrd uden hand haffuer odt ok forkommit hans Gods.

tate est privata, quippe quae, quominus testimonium det juret probet, non prohibetur[10]). Ea autem, quae in judicio sunt agenda aut a tutore aut a virgine, quum pro cujuscumque causae natura et rationibus diversa constituantur, tutelam ipsam quam tractamus non attingunt. Sicut tutor, quae mulieri debentur, in illius commodum poscit, ita petitionibus in virginis bona, quas repellere nequit, satisfacere debet, sed nonnisi e facultatibus feminae ipsius, quae, si solvendo non est creditori addicitur[11]), qua in exsecutione inter virum et uxorem nullum cernitur discrimen. Id autem hoc quoque in tuendi munere perspici licet, rei publicae potestatem magis magisque supplere familiae praesidium paulatim deminutum[12]).

2. Quum ex familiarum natura bonorum virginis curam, qualis fuerit antiquissimo tempore, cognoverimus, ex eadem intelligendum videtur, qua tutela mulier ab injuriis et laesionibus defendatur. Sicut enim ex propinquis ille, cui virgo causas detulit, pro bonis agit, ita omnes ad poenas pro propinqua laesa poscendas sunt parati. Certus quisquam igitur eorum neque ad agendum lege obligatus apparet, neque suo jure causas sibi deferendas poscit, sed virgo, postquam simul cum majori aetate arbitrium quoddam est assequuta, sua voluntate aptissimum hac in re curatorem eligit[13]). Atque defensionem, quum quaerat mulier in familia, semper ei praeberi, ex eo maxime cernitur, quod propinqui illas res agendas tamquam suas habent, ita ut si laesa ultione omissa cum inimico transigere vult proximi heredes suo jure poenas poscant[14]). Recentiori autem jure si vidimus eum semper propinquorum, qui omnibus in rebus virgini prospiciat, suo jure suoque nomine, ut laesiones illius vindicentur, curare, causas meminerimus necesse est, quibus omnia tuendi munera et

---

[10]) Aeld. Gl. L. 28 (I, 17); Aeld. Fr. L. 28 (I, 215) Og. L. Raefst. B. XII (II, 175); Wm. L. Gipn. b. XII (V, 51).

[11]) Grág. Fest. þ. 25 c. (I, 339)—Ef legit er meþ lögsculdar kono—; Aeld. Gl. L. 71 (I, 36).

[12]) Cf. n 5 sqq.

[13]) Grág. Vigsl. 66 c. (II, 108) Eckior os meyiar tvitögar oc ellri eigo sakar at selia, ef laupit er til þeirra oc sva um sarin minni, ef þaer taka fullretti eþr bötr oc sva at saettaz a; Aeld. Gl. L. 190 (I, 69); Aeld. Fr. L. X, 37 (I, 226).

[14]) Grág. Vigsl. 66 c. (II, 109) —En ef þaer taka eigi fullretti eþr hallda eigi til fullnaþar, þa eiga lögraþendr þeirra oc sva um in meiri sar.

pupillorum et mulierum idoneo cuidam propinquorum sint concessa[15]). Ipsum coram judice agendi modum pro diversis rerum et causarum rationibus diversum tractari hoc loco alienum est. Sed quum virgini injuria afferatur, propinquus autem agat, quaerendum est, cui poena debeatur, quis eorum compositionem si solvitur accipiat. Atque non est, cur putemus, hac de re apud alias gentes alia esse constituta. Nam antiquissimo jure, quum ob laesionem causam agendam demandet femina adulta, suum jus laesione ortum petit, compositio igitur, si lege aut transactione constituitur, ipsi est tribuenda. Causae, quibus pupillis multam negari vidimus, quum de feminis non valeant, quippe quae, postquam majorem aetatem sunt assequutae, nequaquam omni agendi facultate carent, virgini ipsi ob laesiones compositionem deberi leges produnt[16]). Cui non repugnat, quod haec multa, ut tutori solvatur, praecipitur, qui eam quidem accipit, sed virgini tradit. Leges autem, quum modo feminae modo tutori multam concedant, non inter se pugnant, quia utriusque sexus pupilli usque ad certam quandam aetatem compositionis non habent petitionem[17]). Atque posterioris temporis jure, quo magis compositioni inest damni restitutio, eo minus multa, quam etiam pupillo tribui cognovimus, feminae negari potest[18]). Sed praeter virginem num tutor ob mulieris laesiones compositionem quandam poscere possit, si quaerimus, respondent fontes, nonnisi apud Sueogotos divisionem fieri compositionis inter virginem et tutorem[19]), id quod certa quadam causa ortum apud hanc solam

---

[15]) Wg. L. II Gipt. B. XVIII (I, 149); Og. L. Vuþ. m. XIV (II, 75) — Nu aen kona kan uarþa barþ aella sar aella ok annur lund kan gaeras til haenna, þaet a haenna giþta maþaer sökia, ibid. 36 (II, 91); Wg. L. Raefst. B. XII (I, 175); Er. Reg. L. Siel. II, 20 (II, 85) III, 38 (II, 271) — men hvilkensomhelst Misgjerning ellers bliver begaaet imod hende — da skal hendes naeste Fraende vel oppebaere Boderne men siden overgive dem til hende.

[16]) Grág. Vigsl. 66 c. (II, 108), Fest þ. 24 c (I, 338); Aeld. Gl. L. 190 (I, 69)— En ef konor beriasc par a engi madr rett a nema paer sialvar; Ny Lands L Manhelg b. IV 21 (II, 67).

[17]) Cf. n. 16 cum Aeld. Fr. L. X, 37 (I, 226) — En ef maer verdr lostin pá scal sá taka er nánastr er slican rétt á henni sem hann á at taka á siálfum ser.

[18]) Er. Reg. L. Siel. III, 38 (II, 271) — hun skal have Boder for alt det man begaaer imod hende med mindre det er skeet med hendes egen Villie.

[19]) Og. L. Vaþ. m. XIV (II 75) — Nu aen kona kan varþa barþ aella sar aella ok andur lund han gaeras til haenna þaet a haenna gipta maþaer sökia ok alt þaet sum

gentem valere infra intelligemus[20]). Est autem virginis violatio, qua familia magis laedi videtur quam femina ipsa. Stuprum enim si perficitur, virgo omnino particeps habetur criminis, propinquis autem pro familiae gravitate dedecori est hoc virginis flagitium[21]), qua re fontes „familiae violationem" hoc crimen vocant[22]). Pro diversis igitur singulis juris fontibus propinquorum unus aut complures conjuncti poenas poscunt[23]). Atque ii, quibus et stupratorem et stupratam gravissimis poenis afficere licet, et compositionem, quae transactione aut lege constituitur, suam habent[24]). Vis autem si infertur virgini resistenti, ex ipsius laesione ipsius oritur petitio, virginis nomine agitur eique compositio praebetur[25]). Occisae ultionem a muliebri tutela abhorrentem si omittimus, aliis quoque criminibus in virginem commissis tutor injuria affici potest, ita si quis illam custodiae et auctoritati, qua utitur tutor, aufert. Quibus scilicet ex delictis tutori oriuntur petitiones, id quod nequaquam repugnat cum sententia omnibus juris fontibus probata, propter ipsius laesionem feminam ipsam habere compositionis petitionem. Demonstrare autem quantum mulieris natura valeat in poenae quantitate et qualitate definienda, atque ostendere, feminae laesionem modo eadem modo majori modo minori poena puniri quam viri, non ad tutelam tractandam pertinet, sed ad jus criminale[26]). Quum cognoverimus, a quibus et quomodo virgini adultae aliis in rebus

---

þaer bötis firi pa höro haennae halft halft til ok halft haennae gipta manne sum hana sökir.

[20]) V. n. 58.

[21]) Wilda Strafrecht p. 809 sqq. cf. n. 23, 25.

[22]) Grág. Fest. þ. 27 c. (I, 341) — „fraendsemis-spell et sifia-spell".

[23]) Grág. Vigsl. 31 c (II, 60), Fest þ. 25 c. (I, 339). 34, 36 c. c. (I, 348, 351) Aeld. Gl. L. 160 (I, 62) 201 (I, 71) Aeld Fr. L. IV, 39 (I, 169) XI, 17 (I, 233); Og. L. Vaþ. m. XIV (II, 75) Er. Reg. L. Siel. III, 38 (II, 271); Wilda l. c. p. 809 sqq.

[24]) V. n. 23 et 25.

[25]) Grág. Fest. þ. 24 c. (I, 338) — Kona a sakir þaer allar ef hon vill reiþaz viþ, enda comi eigi fram legorþit, vc vili hon sott hafa, en ella a lögraþandi hennar; Og. L. Vaþ. m. XIV (II, 75) — alt þaet sum þaer bötis firi þa höre haenne halft til ok halft haenna gipta manne sum hana sökir, utan han uarþe raentaer gipta mala þa bötaer hörin gipta manninum til, aella hon kunne firi ligga sik aella han kunne taka vingueuā firi hana; Waldem. Reg. L. Sicl. 61 Andr. Sun. CXXVII (I, 126) Er. Reg. L. Sicl. III, 38 (II, 271) Iydsk. L. II, 18 (III, 150); Wilda l. c. p. 838 sqq.

[26]) Wilda l. c. p. 648 sqq.

praesidium praebitum sit, simul persuasum habemus, illam, si criminis erat accusata, antiquissimo tempore inter propinquos facile invenisse aptissimum curatorem, cui defensionem ipsius demandaret[27]), recentiori autem jure tutorem sicut omnibus aliis ita hoc quoque tuendi munere fungi[28]). Quisquis autem rem illam gerit, non suam sed mulieris causam agit, neque ipse sed femina ipsa afficitur poena, alia quidem apud alias gentes pro diverso illarum puniendi modo. Atque antiquissimum jus, quod pupillorum voluntatem in criminibus nullam esse statuit, imbecillitatem sexus mulieres e dolo nequaquam eximere vult, atque ob eam causam in Islandia et Norvegia inter virum et feminam quomodo puniantur, nullum est discrimen. Quarum gentium leges mulieres tum pacis exclusione quum levissimis poenis puniri jubent[29]). Femina, si compositione laesum placare nequit, inimicitiam et ultionem pati debet[30]), neque unquam mentio fit obligationis tutoris, ut pro muliere, quae solvendo non sit, ipsa solvat. Apud ceteras Scandinaviorum nationes eo quod mulierum facultas agendi et arbitrium paulatim deminuebatur, id effectum esse videtur, ut in jure criminali quoque earum conditio pupillorum similior facta sit. Qua de re autem, quominus certiora et accuratiora cognoscamus, eo prohibemur, quod feminas pace privari iisdemque quibus viros affici poenis Sueogotorum leges aliae jubent aliae vetant[31]). Quod praeterea in hujus gentis legibus invenitur, tutorem pro virgine opibus egenti compositionem solvere debere, eo explicari potest, quod

---

[27]) Grág. Vigsl. 66 c. (II., 108). Eckior oc meyiar tvitögar oc ellri eigo sakar at selia, ef laupit er til þeirra oc sva um sarin minni, ef þaer taka fullretti eþr bötr oc sva at saettaz a; Aeld. Biark R. 99 (I., 322), Aeld. Gl. L. 291 (I., 96); ibid. 128 (I. 54). Aeld. Fr. L. X., 36 (I. 225) XI., 17 (II, 233).

[28]) Og. L. Vaþ. m. XIV. (II., 75). Er. Reg. L. Siel I., 48 (II., 59) v. n. 15.

[29]) Grág. Vigsl. 49 c. (II., 89). Jamsek verþr kona, sem karlmaþr, ef hon vegr karlmann, eþr kono, eþr vinnr a, oc sva er um öll laga afbrigþi maelt; Aeld Gl. L. 159 (I., 62). — En ef kona vigr karlmann pa er hon utlog oc scolo frendr hennar fora henna af lande, ibid. 190 (I., 69); Aeld Fr. L. IV., 33 (I., 168), 35 (I. 168); X., 39 (I., 226).

[30]) Wilda l. c. p. 340 sqq.

[31]) Wg. L. I. Bardgh. b. 8 (I, 22), Arfþ. b. 15 (I., 29), þinv. b. 5 i. f. (I., 55); Wg. L. II. Friþ. b. 12 (I., 117), Draep. b. 11 (I. 126), Arv. b. 19 (I., 139), þinv. b. 12, 13 (I., 164), 33 (I., 169). Additamenta 29 (I., 238); Og. L. Kristn. b. 26 (II., 22), Eþz. b. 15 (II., 36), Draep. b. 9 (II., 55). Vaþ. m. 35 (II., 90). Upl. L. Kununx b. 8 (III., 92), Manh. b. 11 §. 6 (III., 141). Wilda l. c. p. 651 sq.

donum quoddam tutori, si virginem viro despondet, tribuitur tamquam hujus cavendi obligationis compensatio, et quod ille compositionis virgini debitae partem quandam sibi poscit[32]. Atque, ubi omnino crimina compositionis solutione expiantur, ipsaque multa imprimis damnum restituitur, nihil est cur femina alio modo puniatur quam vir, et si multam solvere non potest, res alia sit atque si illa in aliis debitis solvendis pecunia eget. Qua re apud Danicos femina, quae compositionis solutione laeso satisfacere nequit, creditori addicitur, atque eam suis ipsius opibus liberare tutor nequaquam obligatus est.

3. Familiam, quum diversis in causis mulieris tutelam gerat, id agere vidimus, ut et feminae et ipsius salutem juraque servanda curet. Quod ut petat, si familiae natura et gravitate efficitur, necesse est, in alia quoque, quam nunc intuemur, re, propinqui virginem adjuvent, eique consulant. Nam matrimonio femina e propinquorum conjunctione, qua adhuc defendebatur eique prospiciebatur, discedit, atque sponsae propinquis conjunctio fit multum valens cum sponsi familia. Propinquorum igitur est et virginis saluti hac in re prospicere et curare, ne familiae nobilitas et gravitas hac conjunctione laedatur. Jam in antiquis celeberrimorum virorum historiis desponsatio habetur inter utramque familiam pactum. Complures propinqui, si quis eorum nuptias petit, pro eo agunt. Qui praedicantes splendorem familiae atque gravitatem et illam et se ipsos illa conjunctione dignos ostendere student, illi autem, apud quos petitionem faciunt, pro ipsorum potestate et auctoritate dijudicant, utrum nuptiis contrahendis consentiant an eas repudient. Ita de Eiyolfo narratur, qui Astridam uxorem ducere cupit[33]: Ivar ac Hveidar eum adjuverunt affirmantes, illum in Islandia virum esse magna auctoritate, divitiis nobilique familia praeditum. Eiyolfus ipse dicit: Propinquis Astridae homo videar tenuis, sed multi sunt mihi in Islandia spectati propinqui magnae-

---

[32]) Og. Vaþ. m. 14 (II., 75) — ok alt þaet sum þaer bötis firi þa höre haenne halft til ok halft haenna gipta manne sum hana sökir Wg. L. II. Draep. b. 11 (I., 126). Draepaer konae man þa skal maelae a mannen þen skyldaester er haennir, han skal botom vaerþae aellaer friþ flyae — þy taker broþer vingiaef at han skal före moþer aeller systor sakum svarae ok land flyae aen sva komber til.

[33]) Viga Glums Saga c. 4 ad fin.

que facultates. Alio quodam loco refertur[34]): Halldora erat illorum filia, virago pulcherrima, quam uxorem ducere maximi habebatur honoris propter familiae ipsius eximium splendorem atque ipsius facultates. Quam, quum Glumus petit, non opus mihi est, inquit, propinquorum testimonium de me atque bonis meis, attamen placent mihi conditiones, quascunque Halldorae propinqui constituent. Idem petenti cuidam respondet[35]): Frustra ne agamus timeo, nam Ohorginus, quem illa repudiavit, magnas possidet facultates multosque propinquos, tu vero paulum eorum. Alio denique loco[36]) Hosculdus dicit Mordo, venisse se ad pactum cum illo faciendum, ad petendam ejus filiam pro fratre suo. Quam petitionem, utrum accipiant, an refutent, complures inter se consulere solent propinqui. Pater etiam, cujus voluntas maxime hac in re valet, petitori respondet[37]): Honoris quidem mihi habeo petitionem tuam, sed metuo, ne dissentiant alii propinqui. Patrem fratrem aliosque propinquos hac de re consulere saepe refertur[38]). Quae de desponsatione ex narrationibus cognoscimus, apud omnes Scandinaviae gentes etiam legibus sancita esse, intelligimus si ab antiquissimo i. e. Islandico jure ordimur. Quod jubet, propinquos virgini in desponsatione prospicere, atque haec cura ab aliis tutelae muneribus sejuncta apparet. Licet facultas virgini adultae concedatur et sua et aliena bona administrandi, licet causas suas cuicumque vult, deferre possit, attamen in desponsatione auctoritas et consensus familiae ei opus est. Atque desponsatores in Grágás produntur[39]), pater, frater ex patre, mater, soror ex patre in matrimonio collocata, frater ex matre, soror ex matre marita, filius spurius, filia spuria, frater spurius si quidem ex patre est, soror spuria ex patre marita, iidemque fratres et sorores ex matre, avus paternus et maternus, patruus et avunculus, patruelis et consobrinus, eodemque ordine propinquae feminae, si uxores sunt, ceteri denique propinqui pro propinquitatis gradu, inter quos viri feminis procedunt. Feminae marito carentes despondendi facultate sunt privatae, quum pro uxoribus hoc jure utantur mariti. Atque inter

[34]) Ibid. c. 10.
[35]) Ibid. c. 11.
[36]) Nials Saga c. 2.
[37]) Viga Glums Saga c. 4.
[38]) Viga Glums Saga c. 4; Nials Saga c. c. 13, 27, 33, 98.
[39]) Grág. Fest. Þ. 1 c. (I., 305). Járnsid. Kvennagiptig. c. 24.

eos, qui eodem gradu sunt propinqui, si neque transigunt, neque virgo declarat voluntatem, major aetas tribuit principatum[40]). Hoc ab antiquissimo jure, quo omnes propinqui despondendi jure utuntur, atque eorum complures suo ipsorum arbitrio aut conjuncti agunt aut curatorem quendam eligunt[41]), ut posterioris temporis leges discrepent, cur factum sit, ut intelligamus, causarum meminerimus necesse est, quibus postea omnia tuendi munera conjuncta et uni propinquorum cuidam tributa esse iterum iterumque protulimus. Nam, quum posteriori tempore heres proximus virilis sexus et aptissimus quidem, ut omnem virginis salutem integram servet, omnibus in causis eam curet, eidem despondendi jus est concedendum[42]). Desponsationem ipsam, quum intueamur, antiquissimo tempore familiae auctoritas, sicut in omnibus rebus, ita in hac quoque, plurimum valebat. Hoskuldus respondet Hallgerdae filiae nuptias repudianti: Quod tu repugnas non tantum habeo, ut solvatur eo pactum a me contractum, mea voluntas, non tua, si dissidemus, valebit[43]). Atque hanc summam potestatem agnoscit filia verbis, quibus respondet: Magna quidem est tui ipsius et propinquorum elatio, qua re haud mirum, si ego aliquantulum paruissem. Secundum Grágás quoque virgo nuptias, quas despicit, nonnisi eo fugere potest, quod sacram eligit vitam[44]). Sed posteriori tempore familiae gravitas paulatim magis deminuta, hac quoque in re minus potest, atque legibus diligentius virgini prospicitur, quippe quae, ne despondendae puellae vis afferatur, vetant[45]); consensus autem

---

[40]) Grág. Fest. þ. 2 c. (I., 307). — Ef fleiri menn ero til raþanna, þa scal sa ruþa, er ellzter er bröþranna, ef þa scilr a, enda biþi hon þa rapa fyrir. En ef hon queþr a eitthvat, þa scal sa peirra raþa, er hennar raþi fylgir, ef þat pickir jafnraeþi, en engo raeþr aldrinn þa, oc sva hrarvetna pess er eigi ero bröþr.

[41]) Aeld Gl. L. 51 (I., 27). Nu scolo brodr rada fyri systur sinni tveir aeda fleiri — nu vilia hinir riuva pa scolo peir luta hverr firi scal rada.

[42]) Og. L. Gipt. b. IX. (II., 100); Er. Reg. L Siel. I., 48 (II., 59). Det skal man ogsaa vide at de, der ere de naeremste til at vaere Vaerge for Born ere og de naermeste til at bortgifte deres Fraenker Enker eller Moer.

[43]) Nials Saga c. 10.

[44]) Grág. Fest. þ. 2 c. (I., 306). Eigi scal faþir neyta dottor sina til raþa ef hon vill vigiaz lata til nunno.

[45]) Koag. Magn. gamle Kirke Lov (profert Paus: Samling af gamle Nooske Love I., 2 p. 246) — siger hun ney, da er hun ikke fast derved; Wg. L. IV. Adnotationes, 23 (I., 321). Item si pater dat filiam suam nuptui vel alius quilibet consanguineam suam invitam emendat episcopo tres marcas; Jydsk. L. I., 33 (III. 70).

propinquorum ad nuptias contrahendas apud omnes Scandinaviorem gentes postulatur.

De desponsatione ipsa, quid insit in ea, et quomodo fiat, inter ea, quae diversa narrantur, interdum solum dicitur, petitiones placuisse, nuptias factas esse solennes[46]). Altero quodam loco Glumus Arnori, qui rogat eum, ut pro se petat, dicit, frustra se acturum esse, quum deficerent facultates[47]). Alio loco Glumus, suis ipsius bonis se petitorem adjuturum esse, pollicetur[48]). Ampliora profert historia Nialis, in qua Mordus Hoskuldo pro fratre petenti dixisse narratur[49]): Multum hac in re pro fratre conferas necesse est, quum filia ex asse heres mea sit futura. Atque interrogatus ut constituat conditiones, dicit: Filiam meam donabo LX. centenis unciis, quarum tertiam partem addere debes e bonis tuis. Qua conditione approbata testibus adhibitis desponsatio confirmatur. Eodem modo petit Thorvaldus ab Hoskuldo, ut constituat conditiones, et, postquam de omnibus convenerunt, perfecta desponsatione discedunt[50]). Alia denique descriptione[51]) desponsationi hoc praecipue inesse dicitur: Definiebatur quid sponsa a parentibus acceptura sit, ad quod sponsus certam quandam bonorum partem addere debebat. Atque omnino desponsatio profertur his locis actus solennis coram sponsi sponsaeque propinquis desponsatori consentientibus[52]). Quos mores legibus esse sancitos omnes juris fontes demonstrant. Ita Gragas[53]): Legitime virgo despondetur, quum desponsator ac sponsus conveniunt de eo, quod ab illo praebendum sit, testibus ad hanc rem adhibitis; testes vos esse jubeo, inquit sponsus, quod tu N. N. legitimus desponsator legitimo despondendi pacto despondes mihi N. N., et dextra data donationem mihi te laturum esse promittis. Atque easdem, quas in historiis invenimus donationes, Grágás feminae praeberi jubet, nam et a parentibus sponsa donum accipit, quod „heimanfylgio" vocant, et quod sponsus

---

46) Viga Glums Saga c. 10.

47) Ibid. c. 11.

48) Ibid. c. 15.

49) Nials Saga c. 2.

50) Ibid. c. 9.

51) Ibid. c. 13.

52) Ibid. c. 34.

53) Grág. Fest. þ. 7 c. (I., 316). þa er kono föstnoþ at lögom, ef maþr tinir mundar mal, en eiþan a lögraþandi oc sa maþr er konan er fest at nefna vatta at þvi vetti. —

dat „mund“ aut „mundr“ appellatum, sponsae ipsi tribui multis legibus affirmatur, atque expressis verbis dicitur, uxorem suo jure hoc donum sumere, quum conjuges lectum conscendissent[54]). Atque apud Norvegicos non aliter rem se habere, non negabis, si legis: Scire nos oportet, feminas nobis emendas esse per „mund“, quam ob rem vir pecunia quadam „mundr“ pacisci debet sibi uxorem[55]). Ut desponsatio contrahatur, necesse est definiatur coram propinquis, quid a parentibus et quid a sponso tribuatur sponsae, atque „mund“ hanc ipsam donationem sponsi ad sponsam significat[56]). Qui despondendi modus, quum nequaquam pendeat ex causis quibus et pupillorum et virginum tutelam apud alias gentes aliam factam esse cognovimus, idem reperitur in omnibus Scandinaviorum juris fontibus[57]). Apud Sueogotos solos desponsatori quoque a sponso praebetur donum „vingiaef“ i. e. amici donatio vocatum; id quod illum eam ob causam accipere leges proferunt, quia compositionem pro femina, quae pecunia careat, debeat solvere[58]). Quae obligationes et jura ex desponsatione nascantur, qua poena sponsorum quisque afficiatur si desponsationem injuria dissolvat aut nuptias contrahendas differat, atque quae omnino illa efficiantur, intueri, quum a tutela quam tractamus abhorreat, restat, ut hoc loco proferamus, antiquissimo tempore desponsatione non omnem quidem virginis tutelam sed singula quaedam tuendi negotia ad sponsum esse delata[59]).

---

[54]) Grág. Fest. þ. 50 c. (I., 370). — þa er hiu coma baeþi i eina saeing, at þa er kono heimill mundr sinn, oc sva vextir af fe þvi öllo, er henni er maelt i mundar malom; ibid. 27 c, (I., 329); þingsk. þ. 42 c. (I., 126); Kaup b. 9 c. (I. 411); Arf. þ. 2 c. (I., 174). Járns Kvenagþtg. 2 c.

[55]) Aeld. Gl. L. 51 (I., 27). Dat er nu þvi nest at vér scolom þat vita hvessug vér scolom konor kaupa med mundi, þess at barn se arfgent, þa scal madr festa med kono þeirri XII. aura oreigi mund, oc hava vid þat vatta oc have hann brudmen en hon brudkonor.

[56]) V. n. 55.

[57]) Wg. L. I. Giþt. b. 2. (I., 32). Bondae son vil saer kono bydiae, han skal hin skyldaestae at hittae ok hön sinae byriae han faestnaeþaer staemnu leggae a haenni skal til fae sighiae naennae iord aen til aer ok alt þaet givae vill; ibid. II. Gipt. b. 2 (I., 144). Og. L. Gipt. b. 1 sqq. (II. 96 sqq.) v. n. 58; Er. Reg. L. Siel I., 48 (II, 59). Jysk. L. I., 15, 33 (III., 36, 70).

[58]) Wg. L. II. Draep. b. II. (I., 126) — þy takaer broþaer vingiaef at han skal före moþer aeller systor sakum svarae ok land flyae aen sva komber til; ibid. I. Gipt. b. 2 (I., 32), III., 56 (I., 263). Upl. L. Arf. b. 1 (III, 103).

[59]) Grág. Fest. þ. 8 c. (I., 318). Aeld. Gl. L. 51 (I., 28).

B. De uxorum tutela.

Virginum tutelae, quippe quam propinquos gerere et agere id cognovimus, ut et feminae et familiae prospiciant, finis necessario constituitur eo, quod virgo, quum nubat, ex arctissima propinquorum conjunctione discedit. Maritus enim, quum ei totius vitae consortium sit cum uxore, prae propinquis eam curandi munere fungitur, et, sicut e familiae indole tutela, qualis sit et quomodo geratur, omnino pendet, ita singularibus matrimonii rationibus efficitur, ut aliis in causis alioque modo prospiciatur uxoribus atque virgini adultae. Ipsius matrimonii indoles, quum omnibus Scandinaviorum gentibus sit eadem, et mutationes, quae familiarum naturae et gravitati afferuntur, in conjugum conjunctione nihil omnino valeant, hujus tutelae omnes fere institutiones communes apparent omnibus Scandinaviae populis. Nam quum bonorum curam primum intueamur, id occurrit, apud omnes gentes bona conjugum non separata, sed ad communem usum esse conjuncta [1]). Atque communis hujus rei familiaris cura marito, familiae capiti, competit, et, etiamsi virgini adultae ipsius bonorum administratio conceditur, tamen hac in re uxor semper marito cedit. Minimae enim tantum bonorum parti, ut res domesticas curet, uxori praeesse licitum est [2]). Quae bonorum cura semper quidem matrimonio ipso marito defertur, potestas autem, quam habet in bona uxoris, diversa constituitur pro diverso, quo conjuges inter se utuntur, bonorum jure. Quae ut cognoscamus Scandinaviae jura demonstrant, antiquissimo tempore matrimonium id semper effecisse, ut conjugum bona conjungerentur quidem, sed non communia fierent, plerumque autem conjuges bonorum communionem constituisse, atque hanc consuetudinem in dies auctam esse, ita ut recentiori jure

---

[1]) V. n. 2.

[2]) Grág. Fest. þ. 21 (I., 333): þar er samfarar hiona ero, oc scal hann raþa fyrir fe þeirra oc kaupom — Kona a at raþa fyrir halfs eyris kaupi eþr minna VI. alna eyris a XII. manaþum; Jarns. Krenngptg. c. 2; Aeld Gl. L. 52 (I., 28). Rada scal hann fe peirra ollo til parva peim; Aeld. Fr. L. XI. 5, 6 (I., 230, 231); Aeld. Fr. L. XI., 22 (I., 234). Haullz cona má kaupa eyris caupi oc eigi meira; Aeld Gl. L. 56 (I. 29); Og. L. Vinsorþ. b. VIII. §. 1 (II., 161). Nu ma egh bondans kona mera köp gaera aen til atta paenninga; Upl. L. Arfþ 2 (III., 106); ibid. Kiöp. b. 4 (III., 206); Andr. Sun. 96 (I., 95); Er. Reg. L. Siel. III, 35 (II., 265); Jydsk. L. III., 44 (III, 370).

matrimonio ipso legitima communio constitueretur, si conjuges eam non repudiabant. Nam Islandico jure conjugum cuique permittitur, ut suo ipsius arbitrio bonorum communionem constituat aut neget[3]), apud Norvegicos uxor marito illam communionem repudiare non potest[4]) et Danicorum leges conjuges hac communione semper uti volunt, nisi declarata voluntate eam conjuges negarent[5]). Qua ipsa communione marito facultas abalienandi bona communia concedi videtur. Nam, quum utriusque conjugis bona neque re vera neque jure sint separata, mulier matrimonio soluto non eadem, quae attulit, bona, sed certam solam quandam communium bonorum partem reposcere licet. Qua re eorum, quae maritus abalienat, uxor nihil suum vindicare potest atque negotia, quae maritus, quippe qui communi rei familiari praepositus sit, contraxit, uxor quoque agnoscere debet[6]). Itaque in bonorum communione, si uxori eo non satis prospicitur, quod lucrum et damnum omne habet cum marito commune ne detrimentum capiat, se defendere nequit, nisi propter prodigalitatem, ut in maritum agat, ei conceditur. Iis quoque bonis, quae exemta sunt a communione, maritus ad communem usum prospicit, atque eorum ne venditiones quidem uxor neque negare neque revocare potest[7]), damni autem sarciendi petitio ei permittitur, si probat, bonorum suorum aliquid neque in ipsius commodum neque ad communem usum esse consumtum[8]), Nam matrimonio soluto mulieri, ut non eadem, sed tanta, quanta attulit, reposcat, detractis iis, quae in ipsius usum sunt consumta, leges permittunt[9]). Omnino autem in maritum

---

[3]) Grág. Fest. þ. 22 c. (I, 334, 335). Hiu II. eigo at göra felag sitt, ef þau vilia ef meþ þeim er jafnmaeli, oc sva viþ erfingia þeirra; ibid. 17, 23 c. c. (I. 330, 336).

[4]) Aeld Gl. L. 53 (I., 28). Eiga a kona at synia boanda sinum felag; Aeld. Fr. L. XI., 8 (I. 231). Ny Lands L. V. 3. (II, 76).

[5]) Er. Reg. L. Siel I., (II., 3). Tager Mand sig Aegtekone, da, hvad som de eje, Jord undtagen, deraf ejer hver Halfparten, om endog hans Gods var af 100 Marks Vaerdie og hemdes ikke, eller hemdes af 100 Marks Vaerdi og hans ikke.

[6]) Andr. Sun. V. (I., 4) — stabit alienatio per uxorem cui non convenit de viro suo conqueri nullatenus infirmanda — sed in terra vel si terra defuerit in rebus quibuslibet juste estimatis recipiet compensationem; v. Stemann: Das Güterrecht der Ehegatten im Gebiete des Jütschen Lovs, Kopenhagen 1857. §. 5.

[7]) v. Stemann l. c. §. 11.

[8]) Grág. Fest. þ. 17 c. (I. 330); Andr. Sun. V. (I., 4) v. n. 6; v. Stemann l. c. §. 17.

[9]) V. n. 8.

uxor eo se defendere potest, quod abalienationes, quibus detrimentum bonis allatum iri probat, illi repudiat. Ex his, quae de abalienandi facultate mariti diximus, cognosci potest, num et quae mariti debita uxoris bonis solvantur [10]). Nam secundum ea, quae de communium bonorum abalienatione protulimus, mariti creditores, quominus ea poscant, non sunt prohibiti, atque bonis communione exemtis, si maritus, quae debet, solvit, uxor damnum tantum, ut sarciatur, petere potest, si se injuria detrimento affectum esse probat. Cui autem inesse non videtur, mariti creditores ad debita solvenda in uxorem ipsam agere ejusque bona a communione sejuncta jure petere posse. — Atque hoc bonis prospiciendi munere, ut maritus fungatur, quum in judicio agat opus sit, sine ullo uxoris mandato omnia coram judice ad defendenda vel petenda bona necessaria aut ipse agit aut singulas actiones alteri agendas defert. Quod jam supra vidimus, tutorem pro rerum diversitate diverse in singulis causis agere, atque eodem modo diverse feminam aut alios propinquos cum tutore agere, de uxorum quoque tutela valet. De administratione bonorum ipsa, quomodo gerat, singula, quae leges non produnt, suppleri videntur, et eo, quod maritus commune commodum suo ipsius arbitrio curat, et bonorum jure, quo inter se utuntur conjuges.

2. Sicut rei familiae ita uxoris saluti, ut prospiciat maritus, quum matrimonii vi et natura poscatur, ea quoque jura perficiendi facultas, quae criminibus in uxorem commissis oriuntur, marito prae feminae propinquis committitur. In Islandia et Norvegia maritus ulciscendi partes suscipit, atque, utrum criminosus pace privetur, an transactione reconciliatio fiat, decernit, neque minus, ubi compositione sola crimen expiatur, sine ullo uxoris mandato maritus criminis poenam petit et accipit [11]). Attamen non ipsius, sed uxoris, causa est, quam agit, compositione, quae solvitur, uxoris, quippe quae laesa est, bona augentur, ipsius est multa, quamquam pro bonorum jure, quo utuntur conjuges, plerumque commodo est etiam marito. Ob

---

[10]) v. Stemann l. c. §. 21.

[11]) Grág. Vigsl. 35 c. (II. 68), 66 c. (II., 108) 70 c. (II., 112). — En ef a manns kono er unnit, oc a boandi hennar söc þa; Aeld. Fr. L. X., 37 (I. 226) XI., 12 (II. 232); Og. L. Vuþ. m. 36 (II., 91).

ea autem crimina, quae mariti ipsius violant jura, maritus ipse poenas poscit, compositio, qua punitur adulterium, marito tribuitur [12]), atque ex omni delicto, quo mariti potestas in uxorem laeditur, marito oritur poenae petitio. Atque saluti uxoris prospiciendi munus id quoque continet, ut maritus suscipiat defensionem mulieris, si criminis cujusdam est accusata [13]). Secundum Islandicum et Norvegicum jus, quo iisdem afficiuntur poenis vir et mulier [14]), mariti est, id praecipue agere, ut transactione inimicitiae sedentur, et compositione crimen expietur. Quam compositionem, lege aut transactione constitutam, maritus e bonis uxoris solvere debet, sua ipsius autem bona ad uxorem liberandam, ut afferat, nulla lege cogitur [15]). Atque uxorem bonis egentem, si neque maritus neque propinqui eam adjuvare volunt, laeso addici, ex eo concludi licere putamus, quod in pupillos et virgines, si non sunt solvendo, hoc modo agi supra cognovimus. Quomodo autem hae petitiones et defensiones uxoris a marito sint gerendae, quomodo his in causis uxor et maritus et propinqui agant, singularum rerum et causarum diversis rationibus diverse constituitur. Omnino autem, si negligit maritus hoc prospiciendi munus, propinqui, ut praesidio sint uxori, familiae vi et gravitate haud dubie adducuntur. — Salutem uxoris igitur et rem familiarem, quum maritus curare debeat, domicilium constituendi facultas et auctoritas quaedam in uxorem ei data est, sed, quamquam omnino obedientiam maritus ab uxore poscere potest, tamen coercendi potestas ei non conceditur, quippe quem puniendum esse leges produnt, si vel levioribus plagis uxorem afficit [16]); multo minus suo arbitrio uxorem punire marito licet nisi ob gravissimam matrimonii ipsius violationem, ob adulterium voluntarie commissum [17]).

---

12) Grág. Fest. þ. 36 c. (I. 351); Aeld. Fr. L. XI., 14 (I., 232). Wg. L. I. Gipt. b. 5 (I., 33). Andr. Sun. 125 (I. 132); Wilda l. c. p. 821 sqq.

13) Grág. Fest. þ. 50 c. (I. 370); Aeld. Fr. L. X. 36 (I. 225). Og. L. Vaþ. m. 36 (II., 91).

14) Grág. Vigsl. 49 c. (II., 89) 35 c. (II., 69); ibid. Fest. þ. 48 c. (I. 364); Aeld. Gl. L. 159, 190 (I. 62, 69). Aeld. Fr. L. IV., 33, 35 (I., 168), X., 38 (I., 226).

15) Wg. L. II. þiuv. b. XII. (I, 164) XXXIII. (I., 169). — Wil eig bonde lagha böte biuþae þa skal husfruhu takae ok bindae — vil þa bonde lösae husfru sinae meþ lagha raet tum, þa skal kono lösae latae þy at konae aer ovormaghi — vil eig bonde lösae hanae þa misti hudh oc öron; Aeld. Fr. L. X. 38 (I. 226).

16) Aeld. Fr. L. IV., 45 (I. 171).

17) V. n. 12.

C. Quae sint singularia in viduarum tutela.

Tutelam diversam esse diversoque modo geri vidimus pro eorum, qui utuntur ea, diverso sexu, aetate et in familia conditione. Qua re tutelam viduarum quippe quae multo majoris plerumque sunt aetatis, atque matrimonio interveniente a sua in aliam familiam sunt transgressae, ab aliis tutelis ita diversam esse exspectari oportet, ut viduae majori utantur agendi facultate, quam virgines. Legibus igitur, quibus bona curandi potestas virginibus negatur, viduis sua liberorumque bona administrare atque etiam de certa quadam eorum quantitate negotia contrahere conceditur [1]). Atque praecipue in desponsatione cernitur viduarum arbitrium magis quam virginum valere. Nam, ne vidua sine ipsius consensu despondeatur, Grágás praecipit [2]), et secundum Norvegicum jus etiam ipsa se despondere potest [3]). Sed tamen hic quoque propinquorum aliquis in desponsatione interponat auctoritatem necesse est, quae si deficit, desponsatio non omni firmitate praedita est. Nam, si sponsorum aliquis eam injuria dissolvit, levi sola multa punitur, non gravibus illis poenis, quibus afficitur is, qui legitima sponsalia suo arbitrio rumpit [4]). Quibus autem in recentioris juris fontibus femina omnino agendi facultate magis est privata, in iisdem hoc quoque se despondendi jure femina caret [5]). Ceterum autem quae singula jura probare diximus de virginis adultae domicilio constituendo auctoritateque et potestate, quae in eam tenetur, eadem de viduis valent, neque aliud quidquam de viduarum conditione in fontibus invenimus singulare.

---

[1]) Grág. Arf. þ. 4 c. (I. 179). Ef hon er eckia yngri enn XVI. vetra gämol, oc a hon arf at taca, oc sva fiarvarþveizlo annara manna, ef undir hana berr, ef lögvaþandi hefir fyrir raþit; Aeld. Gl. L. 128 (I., 54) 291 (I., 96); Aeld. Biark. R. 99 (I. 322); Og. L. Arf. b. 6 (I. 135). Gr. Reg. L. Siel I., 46 (II., 57).

[2]) Grág. Fest. þ. 2 c. (I. 306) þar er eckia er föstnoþ manni, þa scal hennar raþ fylgia, nema faþir fastni þa scal kann raþa.

[3]) Aeld. Gl. L. 51 (I., 27). Eckia scal siolf festa sic oc hava frenda rad vid pa ma hon eigi riuva.

[4]) Aeld. Gl. L. 51 (I., 27).

[5]) Er. Reg. L. Siel I., 48 (I., 59) — ere og de naermeste til at bortgifte deres Fraenker, Enker eller Moer. —

